

V

(alt. Nr. 47.)

Evth. 3/4

00/A

Bibliander, Th.

000

M. IV. 51.



De Mysterijs Saluti-
FERAE PASSIONIS ET
MORTIS IESV MESSIAE:

EXPOSITIONIS HISTORICAE LI-
bri tres, Theodori Bibliandri, ministri
Ecclesiae Tigurinae,

*Quibus adiuncta est epilogi uice, oratio D. Mar-
tini Lutheri, theologi eximij, de reformanda Ec-
clesia, totaq; repub. Christiana, initio facto
à reformanda missa Romana.*

Argumenta librorum sequens pa-
gina indicat.

BASILEAE, PER IO-
annem Oporinum.

In primo libro exponitur,

Pascha ecclesie Israeliticæ: in quo salutem exhibitam à Deo patribus in Aegypto, & à Messia perficiendam, celebravit.

In secundo libro,

Cæna Domini Iesu Christi sacrosancta: in qua ordinavit testamentum novum & immutabile humane salutis.

In tertio libro,

Missæ ecclesie Romanae meritoria: in qua sacerdotes conficiunt ex pane, uino & aqua, Iesum Christum, eumque adorant & offerunt pro peccatis & salute hominum uiuorum ac mortuorum, denique etiam pro pecunia.

AD SANCTAS CHRISTI EC-
clesias in Heluetia, in Saxonia, & in alijs prouin-
cijs Christianis, Præfatio Theodori
Bibliandri.



ULTI homines pijs
& cordati non abs-
re iãdiu questi sunt,
coenam Domini Ie-
su Christi sacrosan-
ctam non modo se-
culis aliquot obscu-
ratam esse humanis
traditionibus, ut
paucissimi eã pro-

*Cœnæ Domini-
cæ deprauatio.*

bè intelligant: sed etiam contaminatã esse que-
stu sordido, & opinionibus superstitiosis, &
inuocatione atq; cultu creaturarum, qui à do-
ctrina & religione Christiana non parum dis-
sident: denique rixis & contentionibus immo-
deratis, ne dicam noxijs & prophanis.

Proinde magna gratia ijs doctoribus & ma-
gistris ecclesiarum habenda est, qui cum peri-
culo uitæ & ingenti labore, toto pectore incu-
buerunt in hoc, ut deprauatio cœnæ mysticę,
in qua Dominus Iesus Christus cū suis aposto-
lis ordinauit testamentũ salutis humanæ, per
Missam ecclesiæ Romanæ inuecta, submoue-
retur. Quorum alij communionem laicorum

*Reformatio cœ-
næ Dominicæ.*

a 2 sub

sub utraque specie recuperarunt: alij, ut nō peregrina, sed uulgarī lingua mysteria peragerentur: alij, sacrificium Missæ pro peccatis, & pro salute uiuorum ac mortuorum, diuinis testimonijs & rationibus refutarunt: alij, cōmutationem permutationemq; substantiæ panis, uini, aquæ, in substantiã carnis & sanguinis, & totius Christi, uel, ut ipsi uocāt, trāssubstantiationem, adorationem Sacramenti, uel Christi delitescētis sub specie panis ac uini: alij, notos & adulterinos fines & abusum multiplicem eucharistiæ: alij deniq; aliud in restituendo legitimo usu cœnæ dominicæ, & noui æterniq; testamenti Iesu Christi tractarunt.

*Quantū prou-
etum sit in resti-
tuenda cœna
Domini.*

Eoq; rem per diuinam gratiã & opem prædicatione Euangelij, quæ uirtus & potentia Dei est, ad salutē omni credenti, perduxerūt: ut ecclesiæ non pauca in Germania, in Heluetia, in Gallia, & in alijs prouincijs Christianis, repudiata Missa ista meritoria papæ & ecclesiæ Romanæ, teneant iam partes essentielles eucharistiæ, uerborum Dominicorū formam in lingua uulgo nota & usitata, & materiam panis & uini, quæ laicis etiam ritè distribuuntur, & usum legitimum cœnæ Domini Iesu. Etsi uerò hymni & preces in tot ecclesijs diuersa sunt, nihil tamen in his uerbo Dei repugnat: & sunt omnia ædificationi ecclesiarum in fide catholica, & bonis operibus fidei per charitatem se
profe

P R A E F A T I O.

proferentis accommodata. Quæ libertas me-
lioribus ecclesiæ temporibus, & non tyranni-
cis, semper fuit cōcessa omnib. ecclesijs Christi.

Verùm illis sanctissimis conatib. & actioni-
bus ualidè obsistit improbus hostis Dei & hu-
mani generis, & omnia tentat, omnia molitur,
omnia commouet, ne aliæ quoq; ecclesiæ reci-
pianc sincerum usum eucharistiæ: & quæ iam
sunt adeptæ per Domini gratiam, retrahantur,
in confusionem istam Babylonicam.

*Impedimenta
reformationis
perfectæ.*

Nouit enim satan callidissimus hostis, si no-
uum æternumq; testamentū salutis humanæ,
quod Dominus Iesus cum suis apostolis XII.
domesticis auditorib. & spectatoribus, ac te-
stibus omniū quæ docuit & fecit, quosq; de-
signarat orbis uniuersi doctores, confecit &
ordinauit, occupare aut demoliri possit, uelut
arcem religionis ueræ, labem eam citò etiam
peruagaturam esse per doctrinam fidei totam,
mores uulgi & procerū, opiniones & senten-
tias, facta hominum, disciplinam publicā, de-
nique totam remp. Christianam. Ideo nulli di-
uino instituto perinde insidiatus est cacodæ-
mon ab origine mundi, usque ad nostram æta-
tem, nulli crebriores machinas admouit, nul-
lum acrius oppugnauit, iam apertè, iam occul-
tè, quàm cœnæ Domini & eucharistiæ institu-
tionem legitimam. Quod historia sacra & ec-
clesiastica, & extera plenissimè testatur. Quæ

*Satan maximè
infestus est Do-
mini cœnæ, &
quare.*

crumpentur

a 3 uerò

uerò satan in suam ditionem & tyrannidē re-
degit, aut deiecit, atq; corruptit, ne in pristinā
reducatur integritatē, modis omnib. elaborat.

*Cōtrouersia in-
ter Lutherū &
Zuinglium,
& alios.*

Et in ea grauissima pugna contra diabolū,
contra Antichristū creatorem noui dei Mau-
zim, quem ignorauerunt apostoli, prophetæ,
& patriarchæ, in acerrimo conflictu ecclesiæ
& Christianorum orthodoxorum atq; catho-
licorū pro gloria Domini Iesu, pro salute ani-
marum, pro ciuitatib. & populo domini Dei
nostri, ut fit quandoq; in maximo prelio, dum
optimi duces studio seruandi rep. inter se
committuntur: ita etiā nostri uenerandi prece-
ptores, domini ac patres, D. Martinus Luthe-
rus, D. Huldrichus Zuinglius, D. Ioānes Oe-
colāpadius, & alij piæ sanctæq; memorię uiri,
pugnam commiserunt de uerbis Domini mysti-
cis, & de mysterio ac sacramento sui corporis
& sanguinis, & salutiferæ passionis.

*Quousq; proces-
serit contentio
de mysterijs eu-
charistiæ.*

Quod certamen eò progressum est, ut alij a-
lios non dignarentur habere loco fratrum &
Christianorum catholicorū. Taceo crimina,
probra, conuicia, cōtumelias, insectationes, &
damnationes haud multo clemētiores, quā
hostes nominis Christi possent inferre. Vt ne-
gare nemo potest, neque dissimulare illa pro-
dest: quandoquidem libri utrinq; uulgati ami-
cis & inimicis notissimi sunt.

*Quid iam sit ag-
gendum.*

In hoc potius, uiri Christiani, iam nobis in-
cumbendum

cumbendum esse iudico, ut quum exemplis in diuina scriptura, & testimonijs diuinis, & nostro periculo didicerimus, quantū intersit humanæ salutis, sacramenta, quæ Deus ecclesiæ tradidit, religiosè interpretari, & usurpare, præteritas offensiones mutuū condonemus propter Christum seruatorem nostrū: & post hac absque conuicijs & probris & iniurijs, & absq; sophisticis artificiolis, tanquā filij lucis, negotia gloriæ diuinæ ac nostræ salutis tractemus corā Deo & ipsius sanctis ecclesijs.

Ad quam rem ut meum quoq; symbolum pro mea portione uirili conferrē, homo grammaticus, qui etiam certaminis de cœna Domini aliqua portiuncula fui ab eo tempore, quod D. Carolostadius libellos suos in publicum edidit: conscripsi ferijs hisce Theophaniorum libellos aliquot expositionis historicæ & grammaticæ, de mysterijs salutiferæ passionis & mortis Iesu Nazareni Messia.

Causæ, ob quas scripti & editi sunt hi libri.

E quibus tres uobis exhibere censendos, arbitrādosq; uolui, pro felici auspicio huius anni M D L V à nato seruatore Christo: quē annum uaticinia quædam fatalem orbi Christiano fore præcinuerunt. Quòd si meam operam uobis nō ingratā esse cognouero, dabo etiā, domino Christo annuente, in publicum demonstrationem chronologicam, per quos, & quando, & quomodo cœna Domini Iesu interposita, &

*Missæ Romana
perniciosissima.*

ta, & in Missam tandem meritoriam mercenariamque sit mutata: cui magna Christianorum turba salutem acceptam fert, quæ offendicula simplicibus Christianis, & Iudeis, atque Mahumedicis multa & ingentia obijcit: quæ multos inutiles, & turpes, & noxios homines alit, fouet, tuetur, in dedecus & iacturam reip. Christianæ.

Ecclesiarum Asiæ, Africæ, Europæ liturgiæ, eucharistiæ, uel missæ.

Dabo etiam liturgias ueteres ecclesiarum patriarchalium, Hierosolymitanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, Constantinopolitanæ, Romanæ, & aliarum: sed & quarundam nostri seculi ecclesiarum liturgias, & eucharistiæ ritum ac ordinem, si Christo & uobis ita placuerit, uobis exhibebo. Et iudicium esto penes cunctos Christianos, quæ nam proximè accedant ad primam Domini Iesu institutionem, aut quæ remotius distent. Dabo & alia quædam Christianæ reip. utilia, uti spero.

Vt accipi debeant hi libri.

Rogo autem singulos & uniuersos Christiani nominis socios, ut meam hanc operam equi bonique consulant: & quod minus rectè scriptum est, amicè castigent, ac nobis impertiant meliora. Quod uero ex diuinis libris, & ecclesiasticis & exteris scriptoribus rectè beneque dictum in medium protuli, pro felici auspicio ineuntis anni offero.

Fauusta cõprecatio anni felicis.

Simulque obnixè precor, ut Dominus Iesus ecclesias suas, & ciuitates, & scholas numine suo propitio & omnipotenti regat: ut si quarerum

PRAEFATIO.

rerum uicissitudo imminet, sicuti non pauci existimant, ea non fiat in deteriorem partē, ut culpæ nostræ merentur, utq̄ iam seculis deinceps aliquot factū esse uidemus: sed fiat in meliorem cōditionem & statum. Ut p̄j cum Dauidē lētis animis & uocibus concinant psalmum L X I I I. Beatus quē elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis donis tuæ. Et psalmum C X L V I I. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam cōfortauit seras portarū tuarum, benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Qui annunciat uerbum suum Iacob, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis: & quæcunq̄ ullo tempore p̄j pro salute à Deo sibi donata concinuerunt.

b DE MYSTE-

DE MYSTERIIS SALV-
TIFERAE PASSIONIS AC MORTIS
IESV Nazareni Messiae Liber primus: qui sacrum
Pascha tractat.



Genes. 49.

Vaticinium de
Messia ser-
uatore.

PATRIARCHA XII tribuū Israel
& omnium unius veri Dei cultorū la-
cob, moriens in Aegypto, cōposuit
testamentū, ut diuinus Moses refert:
in quo tum filijs suis reliquit saluber-
rima praecepta & mandata bene ac
beatē uiuendī, etiam bona illis imprecatus est, ac uale-
dixit: ad hęc singulis filijs, & ipsorum familijs ac poste-
ritati sua fata praeinuit. Ac de Iuda quidem, eiusq; tri-
bu, ex qua tū alijs reges populi Dei descenderūt, tum
inclytus ille rex ac propheta Dauid, ac tandē Messias
benedictus in secula, ita uaticinatus est: Nō auferetur
sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec ueni-
at qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium.
Et reliqua.

Ea prænunciata esse de Messia omnium gentium
ac populorum seruatore unico, non modò Ecclesiæ
Christianæ doctores censuerunt, sed etiam praeicipui
doctores Iudæorum. Onkelus enim, siue Aquilas, ita
Chaldaicè interpretatus est, de rege Messia: Nō prae-
teribit auctor potestatis à domo Iuda, neq; scriba siue
iurisperitus à filijs filiorum eius in æternum: donec ue-
niat Messias, cuius est regnum: eiq; obediēt populi.
Et eundem ad modum intellexerunt alijs doctores pri-
marij Iudæorum: ut Iustinus martyr ad Christianam fi-
dem conuersus, qui etiam cum Tryphone principe Iu-
dæorum disceptans de religione, hoc testimonium de
Christo citat: neq; illi repugnat Iudæorū ille princeps,
& cæteri Iudæi qui cū eo fecerunt in ea disputatione.

Vocat aut Iacobus patriarcha Messia *משיח* schi-
loh:



loh: non, ut aliqui putarunt, & ut Latina translatio habet, mittendum (id enim diceretur לְיְהוֹשִׁילֹאֵחַ schilloahh) non, cui repositū est, ut Græca translatio habet, qua usus est Chrysostomus, $\omega\pi\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\tau\alpha\iota$, uel ut uulgaris, $\alpha\pi\omicron\kappa\acute{\epsilon}\mu\epsilon\nu\alpha$, reposita: non secundinā, ut Dauid Kimhi exposuit, & alij quidā Ebr. Sonat aut̄ schiloh, salutarē, & fortunatorē, ac prosperū, & felicitatorē. Sunt enim cognata uerba in Ebræorum idiomate schaluah salus, & schalah saluus ac fortunatus fuit, & schiloh saluator: qui aliq̄ etiam nomine idem prop̄ significante I E S V S appellatur.

Nomen Messie plenissimum, bona spe salutis humanæ.

Et hunc Mesiā seruatorēm, & salutem ipsam, patriarcha dicit expectationem omniū gentiū & populorum. Quis enim non uult sibi bene esse? Quis non summoperē desiderat, optat, inquirīt, captat, anxieq̄ salutem expectat? Nulla est profectō res, quæ non cupiat salua esse, quæq̄ non abhorreat à sua perniciē. Itaque seruator & salus non modo pōt̄ oraculum editum à Iacobo patriarcha, fuit expectatio omnium, sed etiam ab origine mundi fuit, & erit usque in mundi finem. Hunc enim seruatorēm Deus promisit in paradiso primis hominibus fraude satanica deceptis, & in ultimum exitium atque miseriam perductis: ut Geneseos 3. capite legimus.

Messias cunctorum mortalium seruator propositus.

Proinde omnes uates inquisiuerunt hunc seruatorēm, & annunciarunt: ut apostolus Petrus epistolæ prioris capite primo testatur. Dominus quoque I E S V S ait discipulis: Multi reges & prophetae desiderauerunt uidere, quæ uos uidetis. Et exemplum luculentissimæ prophetiæ de seruatore Christo extat capite L I I I. Esaiæ prophetæ: ubi de salute hominum uniuersorum per Mesiæ mortem, qui uelut agnus immolatus est, recuperanda, non obscurius præcinuit, quàm rem gestam Euangelicæ historiæ scriptores memoriæ tradiderunt. Possem referre simi

DE PASCHATE ISRAEL.

lia ex monumentis Enochii prophetæ, qui nongentis circiter annis ante diluuiū uixit: posse ex Sibyllarū carminibus, & aliunde similia quædam producere: quæ in hoc scripto non proposui longius enarrare.

Sacrificia ethnorum prætulērunt umbrā aliam quam Christi uicimæ catholicæ.

Hoc etiam patet in omni historia, gentes ac populos uniuersos placasse numen offensum uictimis maestatis, & cruore animalium fuso, eamq; peccatorū putasse presentem expiationem: ac rursum pro salute exhibita gratias agentes, hostias immolare solitos fuisse. In quibus sacrificijs pñ cultores unius ueri Dei, & oculis corporeis spectarunt uictimam pro salute ipsorum cadentem, & animo intūti sunt unicū illum schiloh, id est, seruatorē atq; felicitatorem: quemadmodū uates Christi spiritu monstrante salutem animarum scrutati, passionem filij Dei prænunciarunt. Vnde in reuelatione Domini IESV dicitur agnus occisus ab origine mundi, capite XIII. nimirum is, de quo caput primum dicit: Gratia uobis à Christo IESV, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria & imperium, in secula seculorum, Amen. De quo & Ioannes baptista: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Apoc. 13. & 1. de IESV Messia.

Ioan. 1. de Christo.

Patriarcharum sacrificia et gentium, quatenus differant.

Ebr. 11. Genes. 4. de sacrificijs Abel & Cain.

Hunc igitur agnum, tollentem expiantemq; peccata uniuersorum mortalium ab origine mundi, sancti omnes in mysterio & sacramento maestarunt: Adam, Abel, Seth, Noah, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, Melchisedec, Iob, & alij sancti ac fideles cultores unius Dei. Cæteri autē homines specie quidē externa sacrificiorū idē gesserūt, quod fide in Messia uenturū predicti: sed fructū spiritualem nō itidē perceperunt è suis sacrificijs. De oblationib. enim Abelis & Caini Moses tradidit Geneseos 4. cap. Respexisse Dominum ad Abelē, & ad munera eius: ad Cain autē, & ad munera eius

eius nō respexisse. Cuius discriminis rationē Apосто-
lus reddit cap. 11. ad Ebræos: fide opimā, Deoq; gra-
tam hostiam obtulisse Abelem, sine qua fide impossi-
bile est quenquam placere Deo. Fidei quoq; tribuit
salutarem effectum paschatis, quod Moses cum popu-
lo Israelitico celebrauit, quod angelus uastator nō oc-
cidit primogenita Israelitarū, sicuti Aegyptijs euenit.

*Pascha Israelita-
rum per fidem
Christi salu-
tare fuit.*

Porro quum sacra, & ritus, & cæremonia omnes à
Deo per Mosen tradita representarint Mesiā, eiusq;
salutarem mortem & afflictiones, quibus uniuersi
mundi peccatum expiauit, & salutem perditam resti-
tuit, eximia tamen & magis illustria uidentur duo sa-
crificia: alterum quotidianum & iuge, ut singulis die-
bus agni duo anniculi offerrentur, de quo cap. 29. Exo-
di, Moses loquitur: alterum anniuersarium, mense pri-
mo peragendum, quod Dominus I E S V S Christus
cum apostolis egit, & in eo composuit ac ordinauit
testamentum nouum ac immutabile humanæ salutis.
Id uerò sacrum descripsit beatus Moses x i i capite,
in libro Exodi. quod ex Latina ueteri translatione red-
dam, obiter annotās sub notis () si quid minus qua-
drat Ebraicæ ueritati.

*Sacrificia
Mosaica,*

HISTORIA BEATI MOSIS, DE PA-
schate Israelitarum, Cap. 12. Exodi.

Dixit quoq; Dominus ad Moysen & Aaron in
terra Aegypti: (dicendo:) Mensis iste uobis prin-
cipium mensium primus erit (uobis) in mensibus an-
ni. Loquimini ad uniuersum cœtum filiorum Israel, &
dicite eis, (dicendo: à die) decima mensis huius tollat u-
nusquisq; agnum (& tollent sibi quisq; † pecudem) per fami-
lias & domos suas. Sin autem minor est numerus, ut
sufficere possit ad uescendum agnū, assumet uicinum
suum, qui coniunctus est domui eius, iuxta numerum
animarum, quæ sufficere possunt ad esum agni, (sum-

*Mensis Nisan
lunaris, partim
Aprili, & partim
Martio
concurrit.*

*† w sab Ebraic
significat uel a-
gnū, uel hœdū.
Ex Iosepho li-
quet, aliquando
uicenos, plerum-*

b 3 man

que denos simul edisse paschab. Dominus autem tertius decimus.

14 DE PASCHATE ISRAEL.

nam colligetis ad pecudem, iuxta comedere ipsam: id est, quæ par sit edendæ pecudi.)

Qualis agnus, aut hædus paschalis.

Hinc liquet, non modo agnū, sed etiam hædum aptari potuisse cœnæ paschatis. * Quomodo inter duas uesperas, inferius indicabo.

מרור maror, quiduis amarum significat. Ebr. autē quinq; herbarū genera numerāt, e quibus fiebat intinctus acidus, uel amarus.

Residuum, ut ossa, nerui, et alia nō apta esui. † Agnum stātes ederūt, reliquos cibos & pocula sedendo perceperunt.

^a Signū & memoraculū gerit nomen rei significatæ.

^b Signū pacti ac fidei, sanguis aspersus domui.

^c Verbum passab, unde passab nomen habet, non transire significat, ut Lxx. interpretati sunt, sed trāsfilire, ut in certamine Helie & Baaliticorū sacerdotum dicitur, Transfilibant altare. 3. Reg. 18.

Erit autem agnus absq; macula (pecus integrum, & sine uitio uobis) masculus, anniculus: iuxta quem ritū tolletis & hædum (de agnis & de capris tolletis.) Et seruabitis eū usq; ad quartādecimā diē mensis huius: * Immolabitq; eū uniuersa multitudo filiorū Israel ad uesperā. (Et mactabunt eum totus cœtus ecclesiæ Israelitarum inter duas uesperas.) Et sument de sanguine eius, ac ponēt (dabunt) super utrumq; postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum.

Et edēt carnes (carnem) nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. (cum amaris comedent illud) Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, sed assum tantū igni: caput cum pedibus & intestinis uorabitis (caput eius cum cruribus eius, & cum intestinis eius) nec remanebit quicquā ex eo usq; mane: Siquid * residuū fuerit (usq; mane de illo) igne comburentis. Sic autem cōmedetis illū: † renes uestros accingetis, & calciamēta habebitis in pedib. uestris, tenentes baculos in manibus: & comedetis festinanter. Est enim phase, id est, transitus Domini (lumbi uestri cincti, & calciamenta in pedibus uestris, & baculus uester in manu uestra: & comedetis ipsum cum festinatione, siue præcipitatione: ^a Hoc est passab, id est, transilitio Domini.

Et transibo per terrā Aegypti nocte illa, percutiāq; omne primogenitū in terra Aegypti, ab homine usq; ad pecus: Et in cūctis dijs Aegypti faciā iudicia, ego Dominus. ^b Erit autem sanguis uobis in signū in aedibus, in quibus eritis: & uidebo sanguinē, & transibo uos ^c (transiliam uos) nec erit in uobis plaga disperdens (uastatoris scilicet angeli) quando percussero terram Aegypti. Habebitis autē hunc diem in monumentum, & celebrabitis

celebrabitis eum solennem Domino in generationibus uestris cultu sempiterno (Et erit uobis dies hæc memoraculum, & feriabimini eum ferias Domino, ritu sempiterno feriabimini eum.)

Septem diebus azyma comedetis: In die primo non erit fermentum in domibus uestris. (Veruntamen in die primo cessare facietis, aut remouebitis à dom. uest. ferm.) Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die usque ad diem septimum. Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima eadem festiuitate uenerabilis (In primo die autem erit uobis lectio, * uel concio sacra, &c.) Nihil operis facietis in eis, exceptis eis quæ ad uescendum pertinent (tantum quod comeditur ab omni animali, id solum parabitur à uobis.) Et obseruabitis azyma, In eadem enim ipsa die educam exercitum uestrum (eduxi uestros exercitus) de terra Aegypti. Et custodietis diem istum in generationes uestras ritu perpetuo. Primo (mense) quartadecima die mensis ad uesperam, comedetis azyma usque ad diem uicesimam primam mensis ad uesperam. Septem diebus fermentatum (fermentum) non inuenietur in domibus uestris. Qui comederit fermentatum, peribit anima eius (omnis enim comedens fermentatum, excindetur anima ista) de cœtu Israel, tam de aduenis quam de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis: In cunctis habitaculis uestris edetis azyma.

* Vocauit autem Moyses omnes seniores (filiorum) Israel, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias uestras, & immolate phase. (Extrahite, & capite uobis gregalem pecudem per familias uestras, & mactate pasahl. Et accipietis) Fasciculūq; † hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo (sanguine qui est in limine) super liminare, & utrūq; postē: Nullus uestrum egrediat ostiū domus suæ, usq; manē. Trāsbibit enim Dominus, percutiēs Aegyptios: Cūq; uiderit sanguinē in superliminari,

Hora sexta, decimi quarti diei sub diuo comburunt iudæi fermentum: ab hora tamen quarta, quæ est nobis decima, edere cessat: & in noctem usq; rimantur omnia foras, ne quid fermenti supersit. * Habent iudæi hodieq; sermones sacros in cœna paschatis.

Fuit fermentum uetitum etiā in alijs omnib. sacrificijs. Leuit. 2.

* Publicatio legis diuinæ de paschate.

† Hyssopum, quo sanguis lustralis & expiatorius aspergitur, Leuit. 14. Nū. 19. David psal. 50. interpretatur.

Est autē Euangelium, uerbū salutis, purificās corda.

nari, & in utroque poste, transcendet (*transiliet*) ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos uestras, & lædere.

Custodi uerbum istud, legitimum tibi & filijs tuis, usque in æternum. Cumque introiueritis terram, quam Dominus daturus est uobis, ut pollicitus est, obseruabitis carimonias istas. (*actionem istam.*) Et cum dixerint uobis filij uestri, Quæ est ista religio? (*actio, uel cultus uobis?*) dicetis, (*eis*) Victima transitus Domini est, quando transiuit (*quia transiit*) super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Incuruatusque populus, adorauit.

Mysteriū paschatis, & uerba sacramentalia.

Executio diuini mandati.

Annotat Ebraei, Dominū Abrahamæ dixisse: Hac nocte liberabo filios tuos. & omnia insignia opera Dei tunc temporis esse peracta.

Qui excludantur ab epulo paschatis, uel qui admittantur.

Apostolus Ioannes 19 cap. notauit, in Christo impletum, quia non fregerunt ossa eius in cruce. Non admissi ad pascha nisi circumcisi: ut baptizatis etiā cœna datur.

Et egressi filij Israel, fecerunt, sicut præceperat Dominus Moyli & Aaron. (*sic fecerunt.*) Factum est autē in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, usque ad primogenitum captiua, quæ erat in carcere, & omne primogenitū iumentorum. (*pecoris.*) Et postea: Eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis. (*Hæc nox illa Domini, obseruabilis omnibus filijs Isr. &c.*)

Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio phase (*ritus aut lex ipsius paschæ*) omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptius circumcidetur, & sic (*tunc ex eo*) comedet. Aduena (*inquilinus*) & mercenarius non edent ex eo. In una domo comedetur: nec efferetis de carnibus eius (*carne ista*) foras, nec os illius confringetis. Omnis cœtus (*filiorū*) Israel faciet illud. Quòd si quis peregrinorum in uestram uoluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur (*prius*) omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit: (*accedet ad faciendum illud*) eritque

ritus sicut indigena terræ. Si quis autem circumcissus non fuerit, non uescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud uos. Feceruntque omnes filij Israel, sicut præceperat Dominus Moyli & Aaroni, (sic fecerunt) Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de terra Aegypti, per turmas suas.

RELIQVA HISTORIA SACRA
de Paschate.

Porro diuinam hanc constitutionem ac legem de celebrando paschate, beatus Moses aliquoties repetit, quum tractat de ferijs Domini Dei: ueluti Leuitici 23. capite, Numerorum libri cap. 28. & Deuteronomij 16. cap.

In libro Numerorū cap. 33. describēs profectiōnes Israelitici populi ex Aegypto in terrā promissam, breuissimè attingit, altera die post phase profectos de Ramesse. Nono autem capite libri eiusdem, copiosius narrat, pascha celebratum esse anno secundo profectiōnis, postquam erectum est tabernaculum in deserto Sinai, iuxta omnia quæ præceperat Dominus. Vbi moderationem siue dispensationē legi adhibuit Dominus: ut impediti uel immundicia quapiam, uel peregrinatione, quo minus primo mense pascha faciāt, secundo id mense faciant: cæteris omnibus obseruatis, quæ prima lex præscribit. Postea nullum pascha factum legimus, sub Mosis imperio.

2. anno post ordinationē paschatis, & egressum ex Aegypto.

Transmisso autē Iordane, & occupata ex parte iam terra Chananaica, Dominus præcepit duci Iosue, qui IESV Messia typum prætulit, ut petrino cultro Israelitas circumcidi mandaret. Id quod factum est in campis Hierichuntinis, in Gilgal, ubi & pascha fecerunt Israelitæ: & suppetentibus iam frugibus telluris, defecit manna, quo pasti fuerāt annos XXXX, in eremo. Quæ Iosue refert, cap. 5. sui commentarij.

40. anno pascha sub Iosue.

c Et

775. anno pascha sub Ezechia.

Et temporibus quidem iudicum, & regum tam in Israel quam in Iuda, celebratum esse pascha, indicat historia Regum in actis Ezechie & Iosie. Ac rex quidem Ezechias instaurata reformataque religione, quæ post Solomonis exitum labefactata & deprauata ubique fuerat, pascha egit frequentissimum secundo mense, non primo, quemadmodum & concessum legimus Num. 9. Quando & illud præter literam legis, sed non contra sententiam legis admissum est: ut plurimi qui ob temporis breuitatem sanctificari non potuerant, precibus Ezechie & Leuitarum expiati, pascha facerent. Neque fuit maior celebriorque festiuitas à dieb. Solomonis. quod 2. Paral. 30. cap. legimus.

876. anno pascha sub Iosia.

Ezechie exemplum non modo æmulatus est, sed uicit etiam Iosias, & ecclesiam repurgauit abs quam plurimis corruptelis. quibusdam etiam relictis à tempore Solomonis, Pascha etiam Domino fecit longe celeberrimum, ex præscripto legis: quale non factum est temporibus iudicum, & omnium regum Israel & Iuda, usque ad annu decimum octauu Iosie. De quibus historia sacra explicat 4. Reg. 23. & 2. Paral. 35. & 3 lib. Esdræ 1. cap.

1014. anno pascha Esdræ.

Porrò Israelitæ reuersi ex Babylonica seruitute in patriam, quu reparassent ac dedicaret templu in Hierusalem, anno sexto Darij regis Persarum, pascha fecerunt mense primo summa cum religione & sanctitate: ut legimus 1. lib. Esdræ cap. 6. & 3. lib. Esd. 7. cap. Porro Ezechiel uaticinans de restitutione politie & ecclesie Israelis, pascha silentio non præterijt, cap. 45.

Iudæi religiosius tenuerunt ritum paschatis, quam Christiani ceenam Domini.

Tanto tempore, hoc est, annis mille quatuordecim, gens Israelitarum, quamuis ad idololatriam & peregrinos cultus atque superstitionem procliuis, nihil superstitionis inuexit in sacrum anniuersarium paschatis: sed lege præscriptos ritus religiose obseruauit. Idemque postea factum esse, colligere licet ex Iosephi &

LIBER PRIMVS.

& Philonis doctissimorum Ebræorū commentarijs. ut Vehementer pudendum sit, in populo Christiano Cœnam à principe Christo IESV institutam, tam enormiter mutatam, uel potius deprauatam esse.

Porro in Euangelica historia animaduertimus, Dominum IESVM à baptismo in ferijs paschalibus semper adijisse urbem, & insigne quippiam docuisse & egisse Hierosolymis, ut opere diuino pascha ornaret, commendaretq̃. Nā primo paschate, ut cœpit Euangelium prædicare, flagello eiecit negotiatores è templo: ut cap. 2. Ioannis legimus. Secūdo, sanauit in sabbatho lāguidum, decumbentem apud piscinam probaticam, qui annos 38 non potuerat ingredi: & disputat præclare de sabbatho feruando, ut 5. cap. Ioan. legimus. Tertio paschate in templo & extra templum eam maiestate docuit, ut multi redderent ei testimonium, quòd Messias ipsissimus foret: ut cap. 7. 8. Ioannis legitur. Quarto autem paschate negotium salutis humanæ perfecit: de quo, libro secundo explicabitur. Apostoli etiam Domini studuerunt urbem Hierusalem uisere in ferijs paschalibus: quando & Petrus in uincula coniectus fuit, ut Acta cap. 12. testantur. Et Paulus Act. 18. de paschate loqui intelligitur, quum dicit: Oportet omnino me festum, quod instat, agere Hierosolymis.

HISTORIA ECCLESIASTICA
de Paschate.

EPiphanius episcopus Salaminus, libro primo cōtra hæreses, primo capite, refellens Iudaicā Nazaræorum sectam, quæ abhorruit ab omnibus uictimis, & proinde negauit historiam beati Mosis ueram esse, quæ uictimas Deo sacrificare iubet: ueritatem historię ostendit ex locis, in quibus reliquiæ & argumenta rerum gestarum extabant tunc temporis. Et de

Aegyptiorū caerimonia representans pascha.

agno paschali maētati quondam in Aegypto eiusmodi refert memoriam. Agni maētati in Aegyptiorum regione adhuc existit traditio celeberrima apud Aegyptios, & apud idololatrias. Nam eo tempore, quo pascha illic factum est (fuit autem principium ueris, quando fit primum æquinoctium) omnes Aegyptij accipiunt *μίλτον*, minium uel rubricam, per ignorantiam quidem pleniorē gestæ rei, & illinunt oues, illinunt arbores, ficus, & alias res: dicitantes, quòd eo die ignis aliquando combusserit habitatum orbem, & quod sanguinis species ignicolor sit remedium auxiliare talis ac tantæ plagæ. Et hætenus quidem Epiphanius. Cernimus igitur, in Aegypto reliquias & uestigia non obscura paschatis, & quòd gens illa omnium superstitionissimā didicit ex rebus gestis, sanguinem esse *ἀλεξήριον*, id est, remedium aduersus mala, quæcunque ignis ultioq; diuina inferre solet impijs hominibus.

Christianorum pascha.

Pascha uerò à Christianis annuatim celebrari, quis ignorat? Neque dubitari potest, quin ab ecclesia Ibrae litica acceperit ecclesia Christiana. Siquidem Apostoli ecclesijs primitiuis legem unionis & charitatis dederunt, ut pascha celebrarēt cum ijs, qui ex circumcissione ad Christi fidem accessissent. De quo Epiphanius aliquoties meminit, ueluti contra Aerium hereticum disputās, qui negauit licere Christianis agere pascha, & aduersus Quartodecimanos & Audianos disputās. Multiq; extāt sermones paschales doctorū ecclesiæ: ut Gregorij Nazianzeni theologi, & aliorum. Magna quoque fuit concertatio, & diuturna, de paschate: quam Eusebius narrat libro quinto historiae ecclesiasticæ, cap. 23. 24. 25. Quæ in concilio Nicæno composita est ea conditione, ut post æquinoctium uernum pascha fiat, mense dominico, quem Ebraei Nisan & primum uocarūt, inter nonam & decimam sextam

tam

tam lunam, obseruato solis die, in quo Dominus Christus resurrexit, Cuius decreti non improbabiles rationes extant.

Mahumed quoque legem nouam, nouamque religionem condens, ex Mosaica & Christiana institutione suis sectatoribus etiam tradidit, uti pascha obseruent. Simul autem paschatis & coenae Dominicae meminit, capite Alcorani sui decimotertio. Vocant Turcae festum tempus paschatis baheiram: quando uiri manuum & pedum ungues, foeminae manus & pedes unguento sanguinei coloris tenacissimo illinunt. Etsi uero Mahumedici negant Messiam IESVM filium Mariae fuisse in cruce sanguinem, qui expiauit totius mundi peccatum: mirabili tamen consilio Dei euenit, ut quotannis mense primo, qui tamen illis deinceps in omnes menses aliarum gentium cadit, manibus & pedibus unguento sanguineo imprimant signa salutiferae mortis Christi, hoc est, uncti: qui sanguine fuso deleuit mundi peccatum, & sanctificauit omnes qui credunt in nomen illius.

*Mahumedicoe
rū id est, Sarace
norū & Turca
rum pascha.*

I V D A I C A · H I S T O R I A .

PHilo, Ebraeorum doctissimus & integerrimus qui etiam non abhorruit a Christiana religione, ut liber Sapientiae, quem ipse scripsit, testatur: libro tertio de Vita Moysi, ita scribit: Moses primum anni mensem facit eum, qui in uernum aequinoctium incidit. Eius mensis die quartadecima, sub ipsum tempus quo luna suum orbem solet complere lumine, celebratur publica festiuitas migrationis, quam Chaldaeae pascha nominant. Quo tempore non ut alias plebei homines, uictimas adducunt ad altare maectandas a sacerdotibus: sed iubente lege, tota gens sacrificat, dum se quisque gerit pro sacerdote. Quae in libro etiam de Legum diuinarum decalogo scribit.

*† Alibi, Ebraica
lingua dicit.
Vnde colligere
licet, nec pueros
a paschate seclu
sos. quomodo et
Christiani tempo
ribus Cypriani
& Tertull. my
steria dederunt.
Id etiam Iudaeo
rum libri haud
negant.*

Quot cœniæ in
agno edendo.

Tempus cœnæ
paschalis.

Iosephus sacerdos Iudaicus, libro tertio Antiquitatum Iudaicarum, eadem fermè repetit, quæ Moses obseruare iussit legibus diuinis. Et libro septimo de Iudaico bello indicat, ab hora nona decimi quarti diei usque ad undecimam, hostias mactatas: singulis uerò edendis adhibitos conuiuas denos, interdum & uicenos. Itaq; Iosephus sacerdos Iudæorum exponit tempus inter duas uesperas ab hora nona usq; ad X. I. quod obseruatione Germanorum, esset inter horam secundam & sextam. Aliqui Ebræi terminant hora sexta, id est, duodecima, & meridie, & initio noctis: ut copiose in Thalmud exponitur.

Sed omitto explicare tempus paschatis, & uocem חַמְצֵת pasahh, & מַרְרִים amara, & alia nonnulla, quæ sunt magis etymologica tractationis, quam expositionis historicae.

MYSTERIVM, ET SIGNIFICATIO Paschatis.

Iudæi etiam nunc religiosa & grata memoria repetunt in paschate beneficia diuina, exhibita patribus ipsorum tum in Aegypto, quando liberati sunt ex tyrannide Pharaonis, tum alijs temporibus. Ut benedictiones ipsorum in libro de azymis & fermèto, & in codice precum solenniū testant. Dicunt & hymnos atq; psalmos Dauidicos, maximè CXII. Laudate pueri dominum, & alios sequentes, usq; ad CXVIII. & hæc non sunt nuper excogitata Iudæis, sed à maioribus accepta. Verum altius quiddam in mysterio & sacramèto retrusum & abditum intellexerunt etiã sapientiores, & uulgo patefecerunt. Nam Philo de sacrificijs Abelis & Caini differens, eiusmodi ethicam & moralè doctrinam in sacro paschali proposuit: Coxerunt pastam suam, quam extulerat ex Aegypto, ut fierent azymi subcinericij: id est, ferum crudumq; affectum subegerunt, tanquam cibum coquendo, maturandoq;.

randoꝝ. Modum aut̄ coquendi & mutādi in melius, qui per diuinā quandā morā fit, nō prodiderūt sermone, sed in occultis suis reposuerūt, nō elati imitatione, sed sine iactatiōe submittētes se, humiliātesꝝ. Accingamus igitur, & expediamus nos ad agēdas omnipotēti gratias, reddendūꝝ illi sine mora honorē debitū. Præceptū est enim trāseuntib. ab affectu ad uirtutum mediationē, ut accincti lumbos pascha celebrēt, expediti ad ministrandū: & induti calciamēta, quibus carneā molē ratione cōtineant, stentꝝ rectē firmatis pedibus: & disciplinā habētes uirgā in manibus, ad dirigenda citra errorē omnia uitæ negotia. Postremò iubentur properando cibū edere, quia pascha creaturæ mortalis trāsitus ad Deū dicit̄. Et ualde cōuenienter: nullum enim bonū est, quod non Dei sit, & diuinū. Id igitur celeriter quære o anima. Et reliqua.

Sunt qui putent, in primo duntaxat paschate stantes cœnā egisse. Quidam distinsctius docent, agnum stantes edisse, cætera secundo.

Sed & Messia, filij Dei, incarnationem, pāsiones, & mortem salutarē, in sacrificio paschatis agnouerūt & celebrarunt iudei prisci. Nā Iustinus martyr, & Moisaica doctrinæ sciētissimus, tum alia de IESU Christo in libris sacris prodita ludæos erasisse, tum ex cōmentarijs Esdræ mysticam interpretationem paschatis, obijcit Tryphoni principi. Atq; is negare non potuit, id factum esse à ludæis. Verba Esdræ hæc fuerunt: *Καί εἶπεν Εσδρας τῷ λαῷ: τοῦτο τὸ πάχος ὁ σωτὴρ ἡμῶν, καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν. Καὶ εἰς διανοηθῆτε, καὶ ἀναβῆτε ὑμῶν ὑπὲρ τὴν καρδίαν, ὅτι μέλλομεν αὐτὸν ταπεινοῦν ἐν σιμείῳ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, ὅτι μὴ ὀρηκωθῆ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, λέγει ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων. Εὰν δὲ μὴ πεισῶσιν αὐτῷ, μηδὲ εἰσακούσιν τοῦ κηρύγματός αὐτοῦ, ἔσοθε ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι.* Quæ ita in sermonem Latinum transtuli. Et dixit Esdras populo: Hoc pascha seruator noster est, & perfugium nostrum. Quòd si consideraueritis, ascenderit que super cor uestrum, uenerit que uobis in mentem: Nam

Esdræ prophetae expositio paschatis.

Nam humiliaturi sumus eum in cruce: & spem postea in eo habuerimus, nequaquam uastabitur hic locus in æternum, dicit Dominus exercituum. Sin minus credideritis in eum, neque obtemperaueritis eius præconio, eritis gaudium & fabula gentibus.

*Iustini martyris
explanatio paschatis.*

Idem Iustinus eodem in libro: *Mysterium*, inquit, agni, quem Deus mactare iussit in paschatis anniuersario sacro, typus fuit Christi. Cuius sanguine in ipsum credentes uerbo fidei linunt domus suas, hoc est, seiplos. Et paulo post: Similiter oblatio quæ tradita est, ut offerretur pro mundatis à lepra, typus fuit panis eucharistiæ, quæ Dominus noster IESVS Christus facere iussit in memoriam & cõmemorationem passionis, quam subiit pro hominibus purgandis in anima, ab omni uitio. Vt simul *ευχαριστῶμεν*, id est, gratias agamus Deo, tum quòd mundum condidit cum uniuersis quæ in illo existunt, propter hominem: tum quòd liberauit nos à uitio & peccato, in quo eramus, & perfecta destructione destruxit principatus & potestates, per eum qui passibilis factus est secundum ipsius consilium.

*Panis mysticus
in Ebraeorũ paschate qui Messiam repræsentat.*

Est etiam mos antiquissimus Iudæorum, & à scribis, hoc est, legis interpretibus, inter quos primas tenuit Esdras, traditus: ut in sacro epulo paschatis edant panem, qui Messiam repræsentat. In quo & mysterium Christi, quod Iacob accepit in Bethel, Genes. 28. & mysterium mannae, Exodi 16. replicatur. Vt igitur & Christiani & Iudæi liquidè cernant mysterium & sacramentum idem latere in paschate ueteris ecclesiæ Israelitarum, & in cœna Domini & eucharistia ecclesiæ Christianæ, ritum hunc exponam ex Iudæorum libris. Est autem præscriptus in Thalmud, in tractatu de fermento & azymis, capite ultimo. Quanquam & Antonius Margarita, conuersus è Iudaismo ad religionem Christianam, de illo meminit, in libro de Iudæorum

dæorum ritibus ac moribus. Ritus uerò eiusmodi est.

Ex pane azymo, quo solo uesci licitum est per septē
 Paschatis feriatos dies, tum alias oblationes faciunt,
 טרומה theruma oblationē, & טודה thodah eucharis-
 tiam, תוצה מצות matzoth mitzuah azymos pa-
 nes, perceptos à Deo per legem Mosaicā. Alij quidē
 tres, alij uerò duos tenues panes, uelut lagana aut cru-
 stas ריקים rekikim dictas, faciūt ex farina, mēsurā
 quanta colligebatur quotidie manna. Fuit autē גמר
 gomer, aut decima pars Ephæ, quod עשרון assarium
 uocant. Qui tres panes faciunt, exprimere uolunt ter-
 narium sacrum & diuinum, qui continetur in nomi-
 ne trium literarū אבן aben, quod sonat lapidē. Eosq̄
 panes similes & æquales coniunctos imponunt men-
 sæ, & medium inter inferiorem ac superiorem diuidūt
 in duas portiones, alteram reponentes inter duos in-
 tegros panes: alteram uerò portionem, homo cui da-
 tum est id negotij, recondit, ut nullus conuiuarū sciat
 quò reposuerit, usque ad cœnæ finem. Tūc enim pro-
 latum ex recondito loco, summa cum religione distri-
 butum comedunt, summopere cauentes, ne quid in
 terram decidat, ne quid hæreat in barba, ne quid ullo
 modo prophanetur: haud secus atque Christiani ob-
 seruāt, ne quid de pane Dominico cedat in usus pro-
 phanos. Vocāt autem portionē illam אפיקומן aphikoman
 aphikomā, uel אפיקים aphikimō: quā loco agni pascha-
 lis habent, & intelligunt Messiam significari: cuius
 aduentus occultus, & ab intelligentia ipsorū abscon-
 ditus sit. Verbum aphikoman uariē interpretantur:
 aliqui, ceu compositum sit ex uerbo aphik uel aphik-
 ku, profer, aut proferte, & מן man illum, uel manna.
 Verbum enim יצא egredi sonat: & deriuatū inde uer-
 bum aphik, facere exire, uel producere. Alij, tragema-
 ta & bellaria secundæ mensæ intelligunt per aphiki-
 mon. Sed reuera uerbum acceptum est ex lingua Græ-

Panes sacri in
 paschate.

Gomer mēsurā
 mannae.

Trinitatis diuine
 mysterium.

Aphikoman Iu-
 daeorū symbolū.

d ca,



ca, ut alia etiam innumera. Græci enim dicunt ἀποκείμενον
 ἀποκείμενον μύρον repositum, & ἀποκείμενα reposita. Quo uerbo
 LXX interpretes reddiderunt nomē Melsiæ מְשִׁיחַ schi
 loh, id est, saluator & salutaris, in uaticinio patriarchæ
 Genes. 49. Iacobi Genes. 49. capite. Reuera enim Melsias recon
 ditus est cibus, in quo diuinitas latuit tempore passio
 nis, ut Esaias dicit 53. capite: Non erat ei species, neq;
 decor. Latuit in sepulchro, & rediuiuus cœlis intulit
 corpus: & factus est panis & alimentum uiuificum
 mortalibus, quotquot fide illum percipiunt.

Cæterum qui duas duntaxat crustas aut liba faciunt,
 alterum in duas portiones itidem frangunt, & repo
 nunt in medium integri complicati. Qui etiam terna
 rium numerum sacrum referunt. Nam renouatur my
 steriū, quod patriarcha Iacob in Bethel uidit. Quum
 enim fugeret in Mesopotamiam, uolens requiescere
 post solis occasum, tulit lapides, eosq; supponens ca
 piti suo dormiuit, ac uidit somnium diuinissimum, ut
 Genes. 28. legitur. Experrectus igitur, lapidem oleo
 perfudit: Melsiam, id est, Christum & unctum Domi
 ni representans. Vbi doctores antiqui Ebræorū indi
 cant, miraculum & mysterium editum fuisse. Aliqui
 enim magistri dicunt, Iacobū accepisse duos lapides:
 aliqui tres, ut rabi Nehemias: & inuocasse Deum hi
 sce uerbis: Si Deus unit nomen suum super me, in no
 mine quod uniuert super patres meos, fiant uniuersi
 unus. Stetit, & inuenit eos uniuersos unum. Quo ty
 po lapidis intelligunt principium uniuersorum, nem
 pe Deū: nimirū אב patrē, יבן filiū, אבן nescha
 mah spiritum. Quod mysterium sanctæ trinitatis, E
 bræorum doctores optimi uarijs nominib. & copio
 se exposuerunt. Et filius quidem Melsias, qui litera
 media in uerbo יבן, & medio libo ac pane sacro figu
 ratur, diuisus & fractus intelligitur. Qui constat huma
 nitate ac diuinitate: uel diuinitate, anima, & corpore
 huma.

humano: & quatenus homo existit, fractus, passus, *Messias in pas-*
 mortuus, sed & resuscitatus à mortuis est: ac totus *schate Israelita-*
 Messias seruator unicus, & mediator Dei ac hominū, *rum figuratus.*
 existit alimentum uiuificū omnibus credentib. in illū.

Itaq; Paulus apostolus, qui accipit legis & prophe- *Paulina exposi-*
 tarum interpretationem à Gamaliele primario docto *tio paschatis.*
 re, non finxit nouam doctrinam: sed ueterē, quam no-
 uis traditionibus pharisæi & scribæ obscurauerant, in
 lucem reuocauit, quum ad Corinthios scripsit prioris
 epistolæ cap. 5. Nescitis, quia modicum fermentum to-
 tam massam corrūpit: Expurgate igitur uetus fermen-
 tum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim
 pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epule-
 mur non in fermento ueteri, neque in fermento mali-
 ciæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis & ueritatis.
 Et x. cap. de Israelitis, quos Moses eduxit ex Aegy-
 pto: Omnes eandem escam spiritualem manducaue-
 runt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt,
 nempe Messiam & Christum.

Et ipse Dominus in mystica coena, in qua pascha *Domini IESV*
 & alia sacrificia ueteris testamenti explanauit, abro- *Christi expla-*
 gavitq; , & nouum testamentum ordinauit, porrecto *natio.*
 pane azymo paschatis anniuersarij, ait discipulis suis:
 Hoc est corpus meū, quod pro uobis traditur ac fran-
 gitur. Quasi dicat: Agnus uel hœdus ille paschalis, &
 omnes uictimæ prænuciarunt hanc meam carnem,
 & hoc corpus, quod pro uobis traditur. Et porrecto
 poculo uini, ait: Hic calix est noui testamenti in meo
 sanguine, qui pro uobis & pro multis effunditur, in
 remissionem peccatorum. Quasi dicat: Sanguis uicti-
 mæ postibus aspersus in Aegypto, & sanguis omniū
 uictimarum, prænucliauit hunc meum sanguinem,
 qui effunditur in remissionem peccatorum. Proinde
 hoc sacrum posthac peragite in mei commemoratio-
 nem, qui morte mea uobis restitui uitam & salutem.

d 2 Quod

Quod Paulus interpretatur, Domini mortem annunciantes, donec ueniat: nempe Christus, non certè iterum mactandus & offerendus, sed iudicaturus uiuos & mortuos.

Doctrina Christi de manna & paschate. Et in schola oppidi Capharnaum, mysterium mannae simul & paschatis edisserens ait: Hic est panis, qui de caelo descendit, Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Qui credit in me, habet uitam eternam, & non sitiet unquam. Et in Apocalypsi cap. 2. reprehendens doctrinam Balaami auguris, qui docuit Israelitas idolothyta edere, & scortari, & sectam Nicolaitarum, quae foedissimè stupris & homicidijs mysteria corporis & sanguinis Domini foedauit, promittit uincenti diabolum, & mundum, & malas concupiscentias carnis, fide Christiana comesturum ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, id est, de manna recõdito. Innuit autem, ut commentatores etiam testantur, panẽ illum uitae, qui propter nos de caelo descendit.

DE SYNAXI, ET COMMUNIONE,
& excommunicatione Iudaeorum.

*Cur de Iudaeorum
cõmunionem &
excõmunicatio-
ne hic agatur.*

Quemadmodum homines consortio sacramentorum & signaculorum uisibilium in religionis nomen coalescunt, ut Paulus docet in epistola ad Corinthios, & Augustinus libro 19. contra Faustum: ita etiam exclusi à participatione sacrorum, à consortio religionis & numinis exclusi uidentur. Nam ecclesia Israelitica uno in loco paschate uescens, uelut in corpus unum fuit coacta: & exclusi à sacro epulo propter iniquationem quampiam, non prius admissi sunt in ecclesiam, quàm recõciliati ritè fuissent. Et Dominus Christus docuit in sua cœna unionem atque communionem diuinam, & sacramento cõfirmavit, ut etiam Paulus docet. Ecclesiam quoque Romanam uel maximè in sua Missa exercere cõmunionem & excommunicationem

municationē, testatur Missæ pars, dicta peculiariter
communio: & bulla cœnæ Domini, in qua Papa ho-
stes suos quoslibet diris deuouet.

Ideo existimaui non alienum esse ab instituta histo-
ria, si de Iudæorum communione & excōmunicatio-
ne quædam ex commentarijs ipsorum exponerem:
præsertim quum in ecclesiam Christi quædam inde
migrasse uideantur.

Celebrarunt quidem Ebræi olim non modò in fe- *Cōmunio Ifrac-*
rijs Paschatis & Pentecostes, & tabernaculorum, sed *litarum.*
etiam in alijs sabbathis, cōmunionē. Qua de re multa
scripsere in libro Thalmudico, cui nomē est יררביי
eirubin, miscellanea, symbola & sponsiones.

Nam uerbum רר arab, significat miscere diuersas *Arabo.*
res, ut far, triticum, panem, legumina. Deinde contra-
here quascunque res significat, & conuenire, pacisci,
spondere, fideiubere, & similia. Vnde Græci & Lati-
ni arabonem mutuati sunt: quæ uox significat πρῶτην
καταβολήν τῆς ἀναίης ποδὶ τῶν ἀντιμῶν ὑπὲρ ἀσφαλείας,
precium quod primò deponitur, ut argumentum &
confirmatio emptionis & uenditionis contractæ. Id
uerbum & Thalmudici doctores usurparunt, indican-
tes miscellanea, & collaticia, & symbola, ē quibus epu-
lum cōmune instruitur, & sponsiones obligationesq̃
in talibus conuiuijs contractas. De quibus & loqui
uidetur canō apostolicus ordine sexagesimus nonus,
prohibens, ne quis clericus à Iudæis ξένια, hoc est lau-
tia percipiat.

In primo quidem capite libri Thalmudici, paulo *Symbola & cō-*
antè citati, recitantur esculenta poculentaq̃, per quæ *messalia E-*
communio fieri potest, uinum, sicera, omnisq̃ potus *bræorum.*
facticius, inebriandi uim obtinens: panis, far, milium,
oryza: caro, oua: dactyli, mala granata, cucumeres, nu-
ces, bulbi cepearum, & alia: quorum etiam mensuræ
definitæ sunt à magistris Thalmudicis. Et talia equi-
dem

dem iudico fuisse primitus symbola & commessalia, e quibus ἀγάπη instruebatur: de quibus meminere cano nes ueteres, & missale Gregorianum, & alia etiam re centiora scripta.

Consecratio be nedictioq; sym bolorum.

Vt Dominus in coena dicit, Mun di estis propter sermonem.

Obligatio in coe munione Israe litica.

Excommunicati, ἀποσυνά γωγοι.

Moderatio ex comunicatio lu daeorum, quam Papisticorum.

Cæterum qui benedicit & consecrat symbola e iusmodi, precatiunculam adhibet, quæ paragrapho XVI. primi capituli legitur: Benedictus es Domine Deus noster, rex seculi, qui sanctificasti nos præceptis tuis, & nobis dedisti mandata communionis.

Obligatio autem & sacramentum communionis paragrapho sexto primi capituli recitatur, quæ ita La tine sonat: Et quid est commixtio hæc? Nempe quod obligantur cibo eodem, quem reponunt in uespera sabbathi. Quasi dicant: Vniuersi nos commixti & de uincti sumus, & cibus unus est uniuersis nobis, neque ullus seiungit potestatem ac facultates suas à socio suo: Sed quemadmodum manus & facultas uniuersorum æqualis est in hoc loco, qui uniuersis iam uni cus est: sic uniuersorum facultas par erit, in quocunq; loco degerint singuli. Et ecce uniuersorum facultas una est. Et in hoc negotio non se ingerent, qui uel errore uel dedita opera efferant uel inferant ex potesta te priuata quicquam ad potestatem multorum.

Postremò in capite secundo excluduntur à cõmu nione, quam Ebraei עירוב eirub, & חיתופי schithoph uocant, idololatræ, & prophanantes sabbathum; & hæ retici, ut Zaducai & Bithusei, & negantes legem per manus traditam absque scripto, aut uocantes

Thalmud in dubium.

DE

DE MYSTERIIS SALUTIFERE

ra passionis & mortis IESV Messia, Liber secundus: qui exponit cenam Domini IESV

CHRISTI sacrosanctam.



ULTI quidem conati sunt Euangelicam historiã scribere, de dictis & factis IESV Nazarení Messie, ut euangelista Lucas testatur. Sed ecclesie primogeniã, ac ueluti matres, Hierosolymítana, Antiochena, Alexandrina, Ephesina, Romana, & alia, quas Apostoli cõdiderũt, eorumq; discipuli, & in quib. multi fuere eximie donati spiritus sancti gratia: non pauci etiã, qui Dominũ Christũ uiderũt & audierunt, aut Apostolos & discipulos eius familiares, aut certe Apostolorũ discipulos, adhibita cõsura spiritali, dũtaxat quatuor Euãgelicæ historiæ libros magno consensu receperunt, & inter autheticos diuinosq; libros reposuerũt. Mattheũ enim, & Ioannẽ, apostolos Domini, & Marcũ atq; Lucam, apostolorũ, maximẽ Petri & Pauli, familiares, & discipulos Christi, ut uetus habet traditio, iudicarunt plenam & ueram & certam & consentientem historiã tradidisse, idẽq; authore & impulsore spiritu sancto: ut Armeniorũ symbolũ confitet aliquãto manifestius, q̃ Cõstantinopolitanũ.

Non defuere tamẽ homines uel apertẽ impij, ut Iulianus apostata, & multæ sectæ hæreticorũ: uel nimirũ allegoricis interpretationib. gaudentes, ut is cuius tomi sub Origenis titulo in euangeliũ Ioannis prodierũt in publicum: qui conati sunt *διὰ πωρίαν*, hoc est, discrepantiã & dissensionẽ in historia Euãgelica ostẽdere. Ac locos nõ paucos arripuerũt, carpserũtq; in quibus uel inter se dissidere euãgelistas, iã ordine exponẽdi, iam in rerũ gestarũ ueritate, iam in utroq; uel cum lege

Euãgelicæ historiæ scriptores: deq; ijs iudicium ecclesiarum Christi.

Falso quidam euangelistarum dissonantiam docuerunt.

lege & prophetis non congruere, conati sunt mōstrare. Quibus est copiose respōsum à beato Augustino, & alijs theologis præclaris.

Historia euangelica de cœna Domini, quali elocutione.

Equidem si quid iudicare possum de rebus diuinis, & si mihi licet iudicium facere de scriptoribus sacris, nulla pars Euangelicæ historiæ, ac totius historiæ veteris & noui Testamenti, obscurior & inuolutior est, quæq; plura in speciem repugnantia contineat, quàm illa quæ narrat mysticam & sacrosanctam cœnam, in qua Dominus IESVS Christus cum suis apostolis ordinauit atq; composuit nouū & immutabile testamentum salutis humanæ, suæq; mortis salutiferæ memoriã & sacramentum Ecclesiæ tradidit.

Cur difficultas in historia.

Quas difficultates nō censeo accidisse fortuito, non ex imperitia uel incogitantia diuinorum scriptorum, non dedita opera adhibitas, ut laborē & industriam pñ lectoris frustrarentur. Eloquia enim Domini pura & simplicia sunt, ut intellectum dent paruulis. Sed spiritus ille diuinus, quo magistro & impulsore Matthæus, Ioannes, & reliqui scripserunt euangelicam historiam, sapientissimo consilio adhibuit expositioni huic de cœna Domini IESV difficultatem aliquam, hominum causa, ut prodesset.

Nam primū edomare uoluit ingenij humani superbiam, quod molitur suis uiribus penetrare in thesauros abditos sapiētiae cœlestis. Deinde uoluit excludere fastidium; quoniam obuia, & intellectu facilia, plerunq; uilescunt hominibus: ut præclare monuit diuus Augustinus, de doctrina Christiana scribens. Quid quod tenacius etiam inhaerent memoriæ, quæ sunt cum aliquo labore inuestigata, deprehensa, cognita, percepta. Remouentur etiam difficultate sermonis, indigni homines, à sacrosanctis mysterijs: ne canes sumant panem filiorum Dei, & ne porci margaritas cœlestes, ut est in prouerbijis Domini Christi euangelicis,

euangelicis. Videri etiam potest sermonis forma intricatior & obscurior, & alicubi sibi repugnās, iudicio lectoris parum attentī: præsagium, quales & quantas errorum nebulas & decipulas & contentiones, satan princeps tenebrarum cum Antichristo suo inuecturus esset ecclesiae & toti orbi, per coenae Dominicae deprauationem. Quemadmodum historia regum Israeliticorum ipsa phrasi uidetur exprimere statum ecclesiae & politicae perturbatissimum, qui fuit ultimis annis, quando iam exitium instaret. Nullibi enim obscurior & cōfusior est historia ueteris testamēti, quā ubi narrat res Achabi, & sequentium regum.

Voluit igitur bonus & sapiens Deus, Dominus & parens noster, ea difficultate in historia euāgelica excitare nos, ad considerandum penitius eam historiae diuināe partem, quae nouū & aeternum testamentum salutis humanae continet, ac summam Euangelij, doctrinaeque & fidei Christianae. Deinde, ut ingenio nostro diffusi, genuinam intelligentiam petamus à patre luminum, qui per suum uerbum aeternum & sanctum spiritum docet omnem ueritatem. Adhuc, ut caueamus magnopere, ne locum demus hosti callidissimo ad turbandas ecclesias & politias Christi, per coenae Dominicae deprauationem. Postremò, ut in disputationibus theologis, & reformatione rituum sacrorū, si quid fortè labefactū erit, ad ipsas origines, primāque institutionem Domini respiciamus.

Eas ob res, non meis uiribus fretus, quae perexiguae sunt, sed ope gratiaque Domini CHRISTI, cuius hic maximè negotia tractantur, cōstitui totam historiam de coena Domini IESV, ex Euangelistis quatuor, & Paulo apostolo, naturali ordine contexere: idque aliorum theologorum exemplo, in primis Ioannis Gersonis, Christianissimi doctoris. Cum quo consentio per omnia, praeterquam in contentione Apostolorū,

e quam

Qua ratione ac ordine contexta sit historia haec.

quam ipse ponit, ut Lucas etiã, post inquisitionẽ Apostolorũ, quis nã esset Dominũ proditurus. Ego uerò cõmotos fuisse apostolos iudico sermone Domini de ipsius abitiõẽ, ut de successore Christi, ac principe aliquo inter eos quererent. Quemadmodum & filij Zebedei, audito sermone de morte Domini, ambiũt, ut in regno eius primum locum teneant. Et sermones de unione, cap. 15. Ioannis, maximẽ quadrant sedanda componendaq; illi contentioni.

Math. 20.

Marc. 10.

Malui aut̃ ueterem Latinã translationem ponere, q̃ nouam: annotans interim sub notis () si quid à Greca ueritate discrepat. Indicationẽ authorũ posui, exemplo Gersonis: ut M notet Matthæũ, R Marcũ, L Lucã, I Ioannẽ, P Paulum 1. Corinth. 11. Orsus sum autem paulo altius: ut qui uis cernat, nos habere uerã, certã, & indubitatam sacri Euangelij historiam, ea etiam in parte, quæ uidetur omnium intricatissima.

DE COENA DOMINI IESU CHRISTI

Euangelica historia, quæ legitur capite 26. Matthæi, Marci

14. Lucae 22. Ioannis 13. 14. 15. 16. 17. &

1. Corinth. 11. cap.

Causæ, quæ mouerunt Iudæos ad necem Domini Christi.



OSTE Aquam Dominus IESVS CHRISTVS Lazarum, uirum haud ignobilem, & hospitem suum in Bethania, mortuũ reuocauit in uitã, eaq; res multos cõmouit, etiã primarios homines inter Iudæos, ut ei fidẽ attribuerẽt: põtifices Iudaici, & pharisæi, & alij cõiuncti illis, ferẽtes hoc iniquẽ, ac metuẽtes suis rebus, habito concilio decreuerũt & Lazarũ & IESVM occidere: dato etiã nonnullis mãdato, ut quicunq; scirent quo in loco Dominus uersaretur, indicium facerent.

Quorum insidijs & furori Dominus CHRISTVS cessit usq; ad illud tempus ante secula præfinitũ consilio diuino, quo uoluit se hostibus in manus tradere,

re, ac morte crucis expiare peccata uniuersorum hominum, suaq; morte uitā & salutem æternā reparare.

Ante sex dies igitur, quā feriae paschatis & azymorum inciperēt, uenit in Bethaniam, & in cœna precioso unguēto à muliere perfusus est: quod tum alios discipulos offendit, tum uerò maxime Iudā Iscariotē. Postridie, qui dies solis fuit, ingressus est urbem Hierusalem, uectus asino, ut Zacharias uaticinatus fuit: & exceptus à populo Iudaico, ut Messias promissus, templum iterū purgauit, eiectis prophanis negotiatoribus. Quamobrē sacerdotum principes, & scribæ, & alij cōspirati, occasiones captarūt, quibus Dominū CHRISTVM occiderēt. Postridie in uia inter Bethaniam & urbē, arborifico maledicēs, aridā subito fecit: opere portentoso prænunciāns, Iudaici populi & omnium hypocritarum exitum infelicem, quicumq; seruatorē à Deo propositum nō recipiunt. Et sequēti die, qui nobis dicitur Martis dies, multa locutus præclare de regno Dei, & nouissimo fato Iudaici populi, ac totius mundi, Apostolis suis non obscure indicauit, iam instare tempus, quo uelit mortem obire mundo salutarem, dicens: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.

Cæterum quū die proximo rursus in Bethania, in domo Simonis leprosi cœnās, unguēto precioso esset perfusus, Iudas Iscariotes, unus XII discipulorū, à sanna facibus auaricię & inuidiæ inflāmatu, cōcilio pontificum & seniorū, qui cōsultabant in domo Caiaphæ pontificis de occidendo IESV Christo, se ultro ingessit, & de prodicione cum illis pactus est: indeq; omnē captauit occasionem, ut Dominum proderet.

Venit autē dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. L. Prima autē die azymorum, quādo pascha immolabāt, accesserūt discipuli ad Iesum, dicētes: Quō uis eamus, & paremus tibi, ut māduces pascha? M. R.

Cœna in Bethania, & unctio Domini.

Messias urbē ingressus, & exceptus.

Execratiō fici.

Conciones Christi de ultimis temporibus.

Alia cœna in Bethania, in qua Christus unctus, & Iudas irritatus ad prodicionem.

Pascha & cœna Domini.

Et mittit duos ex discipulis suis, Petrū & Ioannem, dicēs eis: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus.

*δ δειπνῶν, per lo-
gotropiū Græcis
notat certū ali-
quē uel hominē,
uel locum.*

At illi dixerūt: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Et Iesus dixit ad eos: Ite in ciuitatem ad quendam (*ad illum & illum.*) Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo lagenam, amphoram uel (*κεράμιου, fictile uas*) aquæ portans. Sequimini eum in domū, in quam intrat: & quocunq; introierit, dicite patri familiās, domino domus: Magister tibi dicit, tempus meum propē est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Vbi est diuersoriū, aut refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet uobis cœnaculum grande, seu magnum, stratum & paratum: & ibi parate nobis. M. R. L.

*Non uilem, sed
diuitē fuisse ho-
minē, liquet ex
hoc loco. Aliqui
Simonē dicunt,
de quo Luc. 7.*

Euntes autem discipuli eius in ciuitatē, inuenerūt, sicut dixerat eis: & fecerunt discipuli, sicut constituit (*mandauit*) eis Iesus, & parauerunt pascha. Vespere autem facto, uenit cum duodecim: & cum facta esset hora, discubuit, & XII. apostoli cum eo. M. R. L.

*a Ablutio pedum
fuit usitata Iu-
dæis, sicut et ma-
nuū. Hæc uerò
non modò exem-
plū prabet humi-
litate, sed etiam
mysteriū habet.
Christus enim sa-
cris operaturus
noui Testamēti,
ipse abluit myste-
rijs initiādos, ut
sacerdotes e' ma-
ri æneo lauaban-
tur, Exod 29.*

Ante diem (*autem*) festum paschæ sciens Iesus, quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta (*γενομένου, cum parata esset*) cum diabolus iam misisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut traderet eum, sciens (*IESVS*) quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum uadit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteum, præcinxit se: ^a deinde misit (*mittit*) aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus (*ille*) Domine tu mihi lauas pedes? Respōdit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi (*meos*) pedes in æternum.

*b Christus lauat
etiā in baptismo.*

Respondit ei Iesus: ^b Si non lauero te, non habebis (*habes*)

(habes) partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim, quis nam esset, qui traderet eum: propterea dixit, Non estis mundi omnes.

Postquam ergo lauit pedes eorum, (&) accepit uestimenta sua, & cum recubuisset, iterum dixit eis: Scitis, quid fecerim uobis? Vos uocatis me, magister & dominus, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, (ita) & uos faciatis. Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus (id est, legatus) maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus uobis dico: Ego scio, quos elegerim. Sed ut impleatur scriptura: Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum. A' modo (nunc) dico uobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis, quia ego sum. Amen amen dico uobis, qui accipit, si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. I.

Interpretatio
ablutionis.

Admonet Iudæ,
ne indigne sumat
mysteria.

Et discumbentibus illis, ac manducantibus, ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc (non amplius) manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice (poculo) gratias egit, & dixit: Accipite (hoc) & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam de generatione (de fructu) uitis, donec regnum Dei ueniat. L.

Id poculum ad pascha ueteris ecclesie pertinet.

Nouum testamentum, & eucharistie sacramentum.

Iterum admonet,

Iudæ, ne iudicium sibi manducet ac bibat.

Et edentibus illis, dixit IESVS: Amen dico uobis, quia unus uestrum, qui manducat mecum, tradet me. At illi contristati ualde, cœperunt ei dicere singuli: Nunquid ego sum Domine? Et ipse respondens, ait illis:

e 3

lis:

† *Translatio in diana uas illud ab intingēdo des nominat intin- Etorū, ut Græci οὐρανὸν, acetabulū. Nimirum in eo intin- Etus lactuce & barbarū amara rum fuit appo- situs.*
 † catino, siue paropside, hic me tradet. Et filius quidē hominis uadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem hominī illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. M. R.

Coenantibus (edentibus) autē illis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: * Accipite, comedite, hoc est corpus meum. M. R.

Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicēs: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, & frangitur: hoc facite in meā commemorationem. L. P.

Similiter & calicem, postquam coenauit, dicēs: Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo, qui pro uobis fundetur. Hoc facite, quotiescunq; bibetis, in meam commemorationem. L. P.

Et accepto calice gratias egit, & dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes. & biberūt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorū. Amē dico uobis, quod amodō nō bibā (amplius) de hoc genimine (fructu) uitis, usq; in diē illum, quū illud bibam uobiscum nouum in regno Dei, patris mei. M. R.

Tertio reuocat Iudam ad resipiscentiā, uel abire iubet è cœtu sacro.
 Cū hæc dixisset IESVS, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amē amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Ecce manus tradētis me, mecū est in mēsa. Et quidē filius hominis, secundū qd definitū est, uadit. Verūtamen uē hominī illi, per quē tradetur. Aspiciēbāt ergo ad inuicē (inuicem) discipuli, hæsitantes de quo diceret. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturū esset? I. L.

Erat autē recumbens unus ex discipulis eius in sinu IESV, quem diligebat IESVS. Innuit ergo huic Simon

mon Petrus, & dixit (ut sciscitaretur) Quis est, (esset) de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui intinctum panem (buccellam) porrexero. Et cum intinxisset panem (buccellam) dedit Iudæ Simonis Iscariotis. Et post buccellam, tunc introiuit in eum satanas. Et dicit ei IESVS: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei IESVS: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox, cum exiuit. (cum ergo exiisset.)

Dixit (dicit) Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo: si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo (statim) clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum uobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quod ego uado, uos non potestis uenire, & uobis dico modo. I.

Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem: sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. (mutuum.) Dicit ei Simon Petrus: Domine, quod uadis? Respondit Iesus: Quod ego uado, non potes me modò sequi: sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò? Animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. I.

CAPVT XIII. IN EVANGELIO

secundum Ioannem.

(Et ait discipulis suis) Non turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt: si quo minus (si nõ ita esset) dixisset uobis: (quia)

Ioannem euāgelium indicari, patet Ioan. 21.

Obiturus mortem, eiectione iam hypocrita et pseudapostolo proditore, Dominus in testamento suo discipulis pandit mysteria omnia regni caelorum. Mandat in primis charitatem, quam spirat uniuersa Christi uita et doctrina, itemque Apostolorum.

Præsumptio carnalis de suis uiribus in Petro, à Christo retunditur prædictione peccati eius.

Fulcit Dominus fidem in patre, et in filium Deum.

(quia) uado parare uobis locum. Iterum ueniam, & accipiam uos ad meipsum: ut ubi sum ego, & uos sitis. Et quò uado, scitis, & uiam scitis.

Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò uadis, & quomodo possumus uiam scire? Dicit ei IESVS: Ego sum uia, (&) ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis: & à modò (nunc) cognoscitis eum, & uidistis eum.

Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei IESVS: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit patrem: (&) quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis (credite mihi) quia ego in patre, & pater in me. (est.) Alioquin propter opera ipsa credite. (mihi.) Amē amē dico uobis: Qui credit in me, opera quæ ego facio, ut ipse faciet, & maiora horum (his) faciet. Quia ego ad patrem (meum) uado: & quodcunque petieritis (patrem) in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. ^a Si quid petieritis (me) in nomine meo, hoc (ego) faciam.

Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclatum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere: quia non uidet eum, nec scit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit. Non relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum, & mundus iam me non uidet: (post breue tempus mundus me amplius non uidebit) uos autem uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis, quia ego (sum) in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. ^b Qui habet mandata

*Christus quid
conferat suis
confortibus.*

*Christus cōsub-
stantialis et aqua-
lis Deo patri.*

*Credere in Chri-
sto, opus est Chri-
sti in nobis, non
utiq; sine nobis:
ut ex impio iu-
stus fiat. Au-
gustinus.*

*^a Preces in no-
mine Christi
ratae.*

*Mandat Chri-
sti in testamen-
to suo seruari
præscripta sua,
non figmenta
hominum.*

*^b Qui habet aus-
diendo in memo-
ria & sermoni-
bus, et seruat in
uita, in mori-
bus, perseveran-
do, Aug.*

data mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid est factum, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis me diligit, sermonem meum seruat, & pater meus diliget eum: & ad eum ueniamus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermo quem audiistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Hæc locutus sum uobis, apud uos manens. Paracletus autem, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq; dixero (quæ dixi) uobis. ^a Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur cor uestrum, neque formidet. Audiistis quia ego dixi uobis, Vado, & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia (dixi) uado ad patrem: quia pater (meus) maior me est. Et nunc dixi uobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus, quod diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: ^b surgite, eamus hinc. ^c Facta est autem contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior (maximus) Ille autem dixit eis: Reges gentium, dominantur earum: & qui potestatem habent super eas, benefici uocantur. Vos autem non sic: * sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior: & qui precessor (antecessor) est, sicut ministrator. Nam quis (uter) maior est: qui recumbit, an qui ministrat: nõne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat: uos autem estis, qui mansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit

Fauor et gratia Dei patris erga homines per Christum, unioq; cum Deo, quæ est uera hominis beatitudo.

^a Ut iungamus corda inuicem, & eorum unum habeamus, sursum ad Deum. August. ^b Putat egressum in motum oliueti, aut in secretiore locum. Sed uidetur simulatio, ut quum uideatur Emaus præterire uelle. ^c Ex Domini sermone de abitu,

uidetur occasio non habuisse contentio discipulorum de primatu. * Ordinatus Christus in suo testamento gradus ecclesie, et sue ciuitatis: & aliud munus assignat apostolis, aliud politicis magistratibus.

f

sposuit

stratibus.

Regnū Dei suis legat, & ordi- nat. Est aut me- taphora, ut ait Theophylactus, ab ijs qui sunt in honore apud ter- renos reges.

Tertiò cohibe- tur Petri iacta- tio, & prae- sumptio.

a Admonet apo- stolos, ut post hac etiā sua cura & labore occurrāt imminētib. ne- cessitatib. fami- siti, frigori, & alijs: simul reuo- cās in memoriā, ut per ipsum ab illis suppetāt.

b Istos gladios Papa Ro. sibi ma- le arripies, tur- bat orbē uniuersum, contra Do- mini testamen- tum: Vos autem non sic.

c De unione, & cōmunionē, quā Christus & eius fideles disci- puli habēt inter se, agit Dominus parabolis.

spoluit mihi pater meus regnum: ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatís super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Ait autem Dominus: Simon Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: ego aut rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gal- lus, donec ter abneges, nosse me.

a Et dixit eis: Quādo misi uos sine sacco, & pera, & calciamētis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi di- xerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nūc qui habet saccu- lū, tollat, similiter & perā. Et qui nō habet, uēdat tuni- cam (uestem) suam, & emat gladiū. Dico enim uobis: Quoniā adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me: Et cū iniquis deputatus est. Etenim quae (sunt) de me: finē habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo b gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. L.

CAPVT XV. IOANNIS.

c Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Om- nem palmitē in me nō ferentem fructū, tollet (aufert) eum: & omnem qui fert fructum, purgabit (purgat) e- um, ut fructum plus (uberiorem) afferat. Iam uos mun- di estis, propter sermonem, quem locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non po- test ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me māseritis. Ego sum (illa) uitis: uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fru- ctum multum: Quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me nō manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ar- det. (proiectus est foras, ut palmes, & exaruit, & colligunt ea, & in ignem mittunt, & ardet.)

Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint,

rint, quodcūq; uolueritis, petetis, & fiet uobis. In hoc clarificatus (*glorificatus*) est pater meus, ut fructū plurimum afferatis, & efficiamini (*sitis*) mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut (*&*) ego praecepta patris mei seruauī, & maneo in eius dilectione. Hec locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit (*maneant*) & gaudium uestrum impleatur. Hoc est praeceptū meum, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos. Maiorē hac dilectionem nemo habet, quā ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quae (*quae-cunq;*) praecipio uobis. Iam nō (*non amplius*) dicā uos seruos: quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecunq; (*quae*) audiui a patre meo, nota feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut (*uos*) eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat: ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem.

Si mūdus uos odit, scitote quia me priorē uobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis (*si e mūdo essetis*) mūdus quod suum erat, diligeret. Quia uerō de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis (*mei*) quē ego dixi uobis: Nō est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si sermonē meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent, de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera nō fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. nunc autē & uiderunt, & oderunt (*&*) me, & patrem meū. Sed ut adimpleatur ser-

Christus omnia cognitu ad salutē necessaria & utilia, patefecit apostolis, et per illos nobis omnibus.

Predicit Dominus arumnas, perferendas suas in mundo.

Psal. 24. mo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis (*abs re.*) Cum autē uenerit paraclētus, quem ego mittam uobis à patre, spiritū ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et uos (*quidem*) testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

CAPVT XVI.

Excommunicatio Christianorum ob nomen Christi.

Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Absq; synagogis (*alienos à synag.*) facient uos. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Et hæc faciēt uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis. Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram.

Spiritus sancti effectus et operationes in ecclesia: cuius uicariam uim, ut Tertulianus loquitur, Christus promittit.

Et nunc (*nunc autem*) uado ad eum, qui misit me: & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis? Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis: expedit uobis, ut ego uadam. Si enim non abiero, paraclētus non ueniet ad uos. Si autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt (*credunt*) in me. De iustitia uerò, quia ad patrē uado, & iam non uidebitis (*& non amplius spectatis*) me. De iudicio autem, quia princeps huius mūdi iudicatus est.

Malè hinc papistici inferūt, doctrinā euangelistarum & apostolorū non esse plenam & perfectam.

Adhuc multa habeo uobis dicere: sed non potestis portare modò. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem (*monstrabit uobis uia, & ducet in om. uerit.*) Nō enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur: & quæ uētura sunt, annuntiabit uobis. Ille me clarificabit: (*glorific.*) quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi: Quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis.

Modi.

Modicum, & iam nō uidebitis me, (*pusillum, & non spectatis me*) & iterum modicum, & uidebitis me: quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: (*inter se*) Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & nō uidebitis me, & iterum modicū, & uidebitis me, quia uado ad patrē? Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit modicum? nescimus, quid loquitur.

Cognouit autē IESVS, quia uolebāt eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi: Modicū, & nō uidebitis me: & iterū modicū, & uidebitis me. Amē amē dico uobis, quia plorabitis, & flebitis uos, mūdus autē gaudebit. Vos autē cōtristabimini: sed tristitia uestra uertetur in gaudiū. Mulier cū parit, tristitiā (*dolorē*) habet: quia uenit hora eius. Cum autē peperit puerū, iā nō meminit pressurę, propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et uos igit nunc quidem tristitiā habetis: iterum autē uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis. Et in illo die me non interrogabitis quicquam.

Amen amē dico uobis, si quid (*quia quæcunq;*) petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modò (*hactenus*) nō petijstis quicq; in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrum sit plenum. Hæc in prouerbijis locutus sum uobis: (*Sed*) uenit hora, cum iam nō in prouerbijis loquar uobis, sed palā de patre meo annuntiabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nō dico uobis, quia ego rogabo patrē de (*pro*) uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis, quia (*ego*) à Deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterū relinquo mundū, & uado ad patrem.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nūc palām loqueris, & prouerbiū nullū dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & nō opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Respondit eis Iesus: Modò creditis? Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergami u-

De absentia & presentia corporali Dominus loquitur. Numine enim suo præsto adest semper, ut Matth. ult. & in Apocalyp. discimus.

Causa sermonis Domini, ut in illo pacem habeamus, quæ finem temporis nõ habebit. Propter hanc sacramentis eius imbui mur, propter hanc erudimur, &c. August. a Benedictio Domini Iesu Christi, & oratio ardentissima, pro ecclesia sua, bonum summũ atque perfectissimum, & omnia bona complectens, ac mala depellens.

nusquisq; in propria, & me solum relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecum est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habetis: (habebitis) sed confidite, ego uici mundum.

CAP. XVII.

^a Hæc locutus est IESVS, & subleuatis in cœlũ oculis, dixit: Pater uenit hora, clarifica (glorifica) filiũ tuũ, ut filius tuus clarificet te (ut & glor.) Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti IESVM Christum. Ego te clarificaui (glorificaui) super terrã: opus consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem. Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate (gloria) quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi: tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonẽ tuum seruauerunt.

Nunc cognouerũt, quia omnia quæ (quæcumq;) dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerũt uerẽ, quia à te exiui: & crediderũt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo: sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea, (sunt) & clarificatus (glorificatus) sum in eis.

Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, seruauĩ: & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum repletum in semetipsis.

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit:

habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo: sed, ut serues eos à malo. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est.

Sicut (tu) me misisti in mundum, (ita) & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem (gloriam) quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus: ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum, & (ut) cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut (et) me dilexisti.

Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum: ut uideant claritatem (gloriam) meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste (et) mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in eis sit, & ego in ipsis. I.

Hæc cū dixisset IESVS, † hymnoq; dicto, egressus est secundum consuetudinē, trans torrentē Cedron, in montem Oliuarū: ubi erat hortus, in quē introiuit, & secuti sunt illum discipuli. Sciebat autem & Iudas, qui tradidit eum, locum: quia frequentur IESVS conuenerat illic cum discipulis suis. M. R. L. I.

Tūc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalū patiemini in me, ista nocte. Scriptū est enim: Percutiā pastorē, & dispergent oves gregis. Postq; autem resurrexero, præcedā uos in Galilæā. Respondēs autem Petrus, ait illi: Et si omnes scādalizati fuerint in te, ego nunq; scādalizabor.

Hymnum aliqui preceptionē hanc intellexerūt: alij hymnū paschatis solennē, psal. uidelicet u2. De hoc tamen in paschate dixi.

bor. Et ait illi IESVS: Amen dico tibi, quia in hac nocte, priusquam gallus bis dederit uocem, ter me negabis. At Petrus amplius loquebatur, & ait illi: Etiam si oportuerit me tecum mori, non te negabo. Similiter autem & omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit IESVS cum illis in uillam, quae dicitur Gethsemani. M. R.

Nunc & reliqui discipuli, Petri praesumptionem & iactationem imitantur.

† Indiana traslatio pro uilla, uinetum reddere uidetur.

Semel Dominus Iesus eucharistiae formam dedit, quam seruari, & non mutari uoluit.

Bene ordinata noluit Dominus retractare.

Paulus apostolus secutus est Christum in ritu coenae.

RELIQVA HISTORIA SACRA

de Coena Domini.

IN historia diuina Testamenti noui, quae res Christi Domini post resurrectionem, & Apostolorum acta exponit, paucissima legimus de eucharistia & coena Domini. Dedit quidem Christus apostolis spiritum sanctum cum signo sensibili, aspirando in facies eorum: dedit clauis ecclesiae & regni caelorum, hoc est, potestatem remittendi peccata, credentibus in nomen eius. Et ascendens in caelum, mandauit ut Euangelium predicarent in toto orbe, ac discipulos Christo colligerent, baptizarentque in nomen patris, & filij, & spiritus sancti: nihil autem mandauit de participatione mysteriorum corporis & sanguinis ipsius. Non quod negligi aut contemni uoluerit, quod facere in coena nouissima precepit: sed isto silentio maxime loquitur historia Euangelica, Dominum CHRISTVM ita plene composuisse nouum testamentum, quod in testatoris morte confirmatum est, ut repetere Dominus noluerit: & ostenderit omnibus, nihil addendum, nihil detrahendum, nihil inuertendum esse ullo tempore sub quocumque praetextu, nouo & sempiterno testamento salutis humanae, quod ipse Dei filius ne uno quidem uerbo mutare uoluerit per dies XL, quibus cum discipulis conuersatus est, & de negotijs diuinis non pauca tractauit. Itaque Paulus Corinthijs scribit: Quod accepi a Domino (nimirum per apostolos, qui coenae Dominae interfuerunt) hoc ipsum & tradidi uobis. Et Iustinus ritum coenae obseruatum in ecclesia Romana, & in

& in alijs ecclesijs, dicit acceptum à CHRISTO IESV, per eos qui dicta factaq; illius memoriæ commendarunt. Ad eas origines respicit Iustinianus imperator in suis legibus, quibus ecclesiæ Christianæ sacramenta, baptismum, eucharistiam, reducere ad primitiuam integritatem studet. Idē quoque obseruarunt synodi catholice, & episcopi docti ac pii, & principes & populi Christiani. Satan uerò statim cœpit moliri deprauationem cœnæ Dominicæ, & nouo testamento: nec ulli diuino instituto uehementius insidiatus est, donec in fœdum quæstū, & manifestam superstitionem, & cultum creaturarum minimè pium, peruertit. de quo alio in loco dicendum est copiosius.

Cæterum quia nonnulli existimant, & asserunt, ^{Cœna in E-} Dominum Christum in die resurrectionis cœnam my-^{maunte.} sticam peregrisse cum discipulis duobus, Cleopha & Simeone, (ut ueteres nomen eius ediderunt) in castello Emaunte, referam eam rem ex euangelio Luca, adiunctis & uerbis Augustini, quæ fortasse persuaserūt quibusdam, ut crederent mysteria corporis & sanguinis Domini illic peracta esse.

Ita enim legimus cap. 24. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. Et reliqua. Quæ uerba tractans Augustinus libro tertio de Consensu euangelistarum, ita loquitur: Oculis eorum acciderat aliquid, quod ita manere permissum est usque ad fractionem panis, certi mysterij causa: ut eis in illo alia ostēderetur effigies, & sic eum nō nisi in fractione panis agnoscerent, sicut Luca narrante mōstratur. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis, quòd oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi passi sunt, non ueritate fallente, sed ipsis ueritatē percipere nō ualentibus, & aliud

g quàm

*Communio
Christi.*

quàm res est opinantibus. Ne quisquã se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est, ecclesiã: cuius unitatẽ in sacramẽto panis commendat Apostolus, dicẽs: Vnus panis, unum corpus multi sumus: ut cũ eis benedictũ panem porrigeret, aperirentur oculi eorũ, & agnoscerent eum: aperirẽtur utiq; ad eius cognitionẽ, remoto scilicet impedimento, quo tenebãtur, ne eum agnoscerẽt. Et postea: Nõ incõgruenter accipimus, hoc impedimentũ in oculis eorum à satana factũ fuisse, ne agnoscerẽt IESVS. Sed tamen à Christo est facta permissio usq; ad sacramentum panis: ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci. Ea Beda quoque retulit in suos commentarios ad euangelium Lucae.

*Cœna ecclesiæ
Hierosolymitanæ.*

Illud etiã quod in Actis apostolorũ secũdo capite scribitur, de fractione panis in ecclesia primitiua, nonnulli de cœna Dominica intelligunt. Ita enim Lucas scripsit: Erãt aut̃ perseverantes, nẽpe Christiani, in doctrina apostolorũ, & cõmunicatione, fractione panis, & orationibus. Et postea: Quotidie quoq; perdurãtes unanimiter in tẽplo, & frangẽtes circa domos panẽ, sumebãt cibũ cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deũ, & habẽtes gratiã ad omnẽ plebẽ. Ea ueteres interpretes de sacris cõuiujs in tẽplo intellexerũt. quod D. Erasmus Roterodamus edisserit huiusmodi paraphrasi: Qui se iũxerãt numero discipulorũ, perseverabãt in doctrina Apostolorũ, atq; in sumẽdo symbolo fœderis nunq; rumpendi: quã illi cõmunionẽ uocabãt. Id à Domino traditũ erat huiusmodi. Frangebatur panis, & ex eo cuiq; dabatur particula. Atq; hoc agẽtes in memoriã Dominicæ passionis, agebãt gratias diuinæ benignitati, qui per unici filij sanguinẽ ipsos expiasset à peccatis, qui per eiusdẽ indebitã mortẽ ipsos cooptasset in hæreditatẽ uitæ æternæ.

Idem

Idem sensit Venerabilis Beda quoque, de illo quod Actorum capite 20. scribitur: Vna autē sabbathi cum conuenissemus ad frangendū panem, Paulus disputabat cum eis. Et reliqua. Quod Beda sic interpretatur, Die dominico, qui est primus à sabbatho, cum ad mysteria celebranda congregati essemus.

Cœna & eucharistia in ecclesia Troadis.

Porro diuinus Paulus, anno circiter xxvi. post ascensionē Domini, per epistolā reformās deprauatum cœnæ ritū in ecclesia Corinthiaca, totū negotiū reuocat ad primā Domini IESV Christi institutionē. Principiō quidē reprehēdit schismata, & heræses, & luxū, & ostentationē opum, neglectū & contemptū fratrum, & irritationē, nec nō crapulā & ebrietatē. Reprehensionī autē subiicit formā cœnæ, ordinatā ab ipso Domino IESV Christo, inquit: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi uobis. Et recitatis uerbis noui testamenti: Quotiescunq; inquit, māducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortē Domini annūciabitis, donec ueniat. Itaque quicumq; māducauerit panē hūc, & biberit calicē Domini indignē, reus erit corporis & sāguinis Domini. Probet autē seipsum homo, & sic de (hoc) pane edat, & de (hoc) calice bibat. Qui enim māducet & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. Quod si nos ipsos dijudicemus, nō utiq; dijudicemur. Dum iudicamur autē, à Domino corripimur, ut nō cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cum cōuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis (autem) esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis.

Cœna in ecclesia Corinthiaca per Apostolū reformata.

Probatio ante sumptionem mysteriorum.

Et x. capite eiusdē epistolæ, dehortans à consortio idololatriæ, argumentū sumit ualidū à cōmunionē sacrorum Christianorum. Sic enim disserit. Charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Vt prudentibus loquor, uos (ipsi) iudicate, quod dico, Calix benedictio

Epicheremata et argumenta apostolica, ex mysterijs, ut consortiū idololatrarū fugiatur.

nis cui (poculum quod) benedicimus , non ne commu-
nicatio sanguinis Christi est? Et panis quem frangi-
mus, non ne participatio (κοινωνία, cōmunio, uel societas)
corporis Domini est? Quoniam unus panis, (&) u-
num corpus multi sumus, omnes quidem (quotquot ui-
delicet) de uno pane, & de uno calice participamus.

Ordo alius in
Græco. Nā pri-
mò idolum, po-
stea idolothytū.

Apostolica argu-
menta ex myste-
rijs, ut excōmuni-
cetur incestus.

Videte Israelem secundum carnem. Non ne qui e-
dunt hostias, participes sunt altaris? Quid ego dico?
quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum
sit aliquid? Sed (quòd) quæ immolant gentes, dæmo-
nijs immolant, & non Deo. Nolo autē uos socios fie-
ri dæmoniorum. Non potestis calicem (poculum) Do-
mini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis
mensē Domini participes esse, & mensē dæmoniorū.

Et capite quinto, argumentum petit à cœna & pa-
schate ueteri, quo demonstrat incestum hominē ex-
cludendum esse ab ecclesia. Nescitis, inquit, quia mo-
dicum fermentum totam massam corrumpit? Expur-
gate (igitur) uetus fermentum, ut sitis noua cōspersio,
sicut estis azymī. Etenim pascha nostrū est (pro nobis)
immolatus Christus. Itaque epulemur (festum diem aga-
mus) non in fermento ueteri, neq; in fermēto maliciæ
& nequiciæ: sed in azymis synceritatis & ueritatis.

INTERPRETATIO VERBORVM

Domini sacramentalium.

In legitima di-
sceptatiōe de uer-
bis & sententia
uerborum, ante
omnia spectari
cōuenit, quid uer-
borum illorū au-
thor alibi etiam
de rebus ijsdem
pronunciarit.

P Orrò quæ sit germana sententia uerborū solen-
nium mysterij & noui Testamenti, quæ Domi-
nus IESVS Christus pronunciauit in cœna sua, porri-
gens Apostolis panem, & uini poculum: quomodoq;
Christus sit cibus uiuificus hominum, & caro ipsius
panis, aut panis caro, & sanguis ipsius poculum, aut
uinum sanguis: & quo modo possint ac debeant mor-
tales edere & bibere illum, & eo penitissimè frui: quæ
sit unio & cōmunio Christi & piorum credentium
in

in illum: qui spiritaliter edant sacramentum corporis & sanguinis Domini, simulq; percipiant rem, uirtutē & gratiam sacramenti: aut qui uisibiliter & carnaliter edant bibant ue symbola, non autem rem & uirtutem sacramenti: nemo profectò simplicius, nemo euidentius, nemo uerius, nemo rectius & melius edisseruit, quàm ipse autor, sanctorq; noui Testamenti. Quod quidem copiose fecit in ipsa sacrosancta cœna tum sermonibus tum factis: & antè in sermone diuinissimo, quem publicè habuit in schola oppidi Capharnaum ad suos discipulos, & ad extraneos. Confluxerat enim ingens turba hominum, ut ab eo pasceretur: sicuti paulo antè factum erat in deserto, in monte, quando & legem in monte Sinai promulgatam explanauit. Prouocabant autem homines isti Dominū Christum, exemplo cibi diuinitus prodigiosè exhibiti patribus in deserto, qui manna ederunt. Illis ergo demonstrat, se Dei filium incarnatum, esse cibum illum, conferentem uitam generi humano, quem manna præfigurauit. Verba Domini sunt hæc, cap. 6. Ioannis.

○ Amen amen dico uobis: non Moyses dedit uobis (hunc) panē de cœlo, sed pater meus dat uobis (hunc) panem de cœlo uerū. (Hic) panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hūc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis (ille) uitæ: qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquā. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & nō credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenit ad me, non eijciam foras. Quia descēdi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatē eius (patris) qui misit me: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem uoluntas (patris mei) eius qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat ui-

Manna, panis cœlo descendens, Christus est, qui fide percipitur, & dat uitam mundo.



tam æternam: & ego resuscitabo (*resuscitem*) eum in nouissimo die.

Ex falsa intelli-
gentia uerborū
Domini, offen-
siones.

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum (*ille*) panis, qui de cœlo descendit: & dicebāt, Nonne hic est Ioseph filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo dicit ergo his, Quia de cœlo descendit? Respondit ergo IESVS, & dixit eis: Nolite murmurare inuicem. (*mutuum inter uos.*) Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est in prophetis: Et erunt omnes docibiles (*dociles*) Dei. Omnis ergo qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi qui est à Deo: hic uidit patrem.

Amen amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis, de cœlo descendens: ut si quis ex eo manducauerit, (*et*) non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis (*quidem*) quem ego dabo, caro mea est (*quam ego dabo*) pro mundi uita.

Litigabant ergo Iudæi ad inuicē (*certabant mutuum*) dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suā dare ad manducandū? Dixit ergo eis IESVS: Amē amen dico uobis, nisi manducaueritis carnē filij hominis, & bibetis eius sanguinē, nō habebitis (*habetis*) uitā in uobis. Qui māducat meā carnē, & bibit meū sanguinē, habet uitā æternā: & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Caro enim mea uerē est cibus, & sanguis meus uerē est potus. Qui manducat meā carnē, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Sicut misit me uiuens pater, (*ita*) & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt pa-
tres

tres uestri mâna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.

Hæc dixit in synagoga docens, in Capernaum. Multi ergo ex discipulis eius audientes dixerunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarēt de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius? Spiritus est, qui uiuificat: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locutus sum (loquor) uobis, spiritus (sunt) & uita sunt.

Prima hæresis in Capernaû orta est ex ignorantia, & falso sensu uerborum Domini.

THEOLOGORVM VETERVM ET RECENTIUM aliquot sententiæ de uerbis mysticis: Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.

Historiam ecclesiasticam de sacrosancta cœna Domini, & eucharistia, ut eam celebrarint Apostoli, & ecclesiæ institutæ per Apostolos ac uiros apostolicos: & rursum quomodo, quando, per quos, forma noui Testamenti, quam ipse princeps noster tradidit IESVS Christus, interpolata, & tandē in ecclesia Romana prorsus mutata sit, alio in opere, si Deo ita placuerit, demonstrabo ex idoneis authoribus.

Nunc uerò, quia nonnulli censent Dominum CHRISTVM in synagoga Capernaumica non esse locutum de perceptione sui corporis & sanguinis, quæ fit in sacramentis, & proinde caput sextum Euangelij secundum Ioannem haudquaquam pertinere ad explanationem uerborum noui Testamenti sacramentalium: existimaui operæ precium, si ostenderem, theologos bonos omnino comparasse caput sextum Ioannis cum uerbis consecrationis, ut uocant. Quum uerò suppetent multi testes, contentus ero tribus duntaxat in præsentia theologis. Et unum quidem ex ueteribus summam Augustinū, ecclesiæ doctorem maximè catholicum: ex neotericis aut alterum, Iacobum Fabrū Stapuzensem:

lensem: tertium uerò ex media ætate, archiepiscopum Bulgariensem Theophylactum, qui tamen uidetur multis papisticorum opinionem adstruere.

Utrique disputationis famosissimæ caput à quouis percipi queat, colligam uerba Domini in formulas dialecticas.

Corpus Christi, uel caro Christi	} Est {	Panis, qui cœlo descendit, conferens hominib. uitã.
Panis eucharistiæ		Corpus Christi traditum in mortẽ pro uita hominũ.
Sanguis Christi		Potus uerus dans uitam mundo.
Vinũ eucharistiæ		Sanguis Christi effusus pro hominib. in remissionẽ peccatorum.

IACOBI FABRI STAPULENSIS IN-
terpretatio uerborum Domini sacramentalium.

FAciam igitur initium à nostri seculi theologis, qui doctrinam salutarem Christi, hominum communitatis obliteratam, per gratiam diuinam reduxerunt in lucem. Inter quos non postremum locum tenet Iacobus Faber, natione Gallus, theologus Parisiensis eximius, siue doctrinam, siue sanctimoniam, siue pietatem, & studium ac laborem in prouehendis bonis sanctisq; literis spectare quis uelit. Is uerba Domini, Caro mea uerè cibus, & sanguis meus uerè est potus, explicans in suis commentarijs in Ioannem 6. capite, ita loquitur.

Cibus & potus corporalis, non sunt uerè cibus & potus: quia non faciunt ueram uitam, sed fluxam & temporaneam. At cibus & potus spiritualis, quæ sunt caro & sanguis filij Dei, quæ absq; medio uiuunt uita Dei, sunt uerè cibus & potus: quia uerè uiuere faciunt, uera uita, quæ est permanens & æterna. Sic ergo qui
ea

ea uita uiuunt, uita Dei uiuunt, sed aliquo medio. Christus autem, etiam quatenus homo, eadē uita, sed absque medio.

Sed amplius aperit, quid sit manducare suam carnem, & bibere suum sanguinem, cum subiungit: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Ergo qui credit in filium Dei, habet uitam æternam. Quod si habet uitam æternam, in ipso manet, & ipse in eo. Ergo qui credit in eū, manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem.

Quare & hic sermo de manducatione carnis, & bibitione sanguinis, quæ consequitur fidem, aptè etiam intelligi potest: sine qua nihil aut parum potest sacramentalis manducatio, atq; bibitio. nam fidem uita comitatur, perinde atq; lux lumen: sed est illius sola quedam rememoratio. Et qui manducauit & bibit ante suscipiendo signa, neque māducat, neq; bibit. At qui semper credit, semper manducat & bibit.

Quod si quis etiā & ad sacramentū extēdat, nō repugno. Sed qui eo uiuit, non uiuit ut sacramento, sed ut ueritate sacramenti, ad augmentum gratiæ: modò fides adsit. At si non adsit, ad iudicium sibi manducat & bibit, non spiritaliter, sed solum sacramentaliter sumendo: & sacrum fidei sumendo signum, mentitur Deo. Et quia iam iudicatus manducat & bibit: quia qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in Ioan. 5. nomen unigeniti filij Dei: ideo ad augmentū iudicij sibi manducat & bibit.

Quapropter scitè admonuit Paulus, ut homo seipsum probet. Hæc autē probatio maximè in fide est. Nam si fides adsit, fides dico uiua, & secū qua ferueat charitatem trahens, probatus est. Et si sic accedat & edat, hoc ad augmentum gratiæ attentat: & est in eo sacramentalis manducatio & bibitio signum uerax, & Vnio & cōmunicatio diuina. signi ueritas efficax. Et in filio Dei manet & prius, & nunc:

h nunc:

nunc: sed prius, per fidei ueritatē: nunc autem, & per fidem, & per augusti & sacrosancti signi ueritatem: & filius Dei manet in illo. At cū ipse manet in filio Dei, ipse qui de se quodāmodo nihil est, in amplitudinem suscipitur immēsam, & paruitas efficitur quodāmodo immēsitās, & homo Deus. Cum autē manet in eo filius Dei, immēsitās quodāmodo efficit paruitas, & Deus homo. Adeo filius Dei se humiliat & exinanit, ut nos exaltet in Deū, & inanitionē nostrā diuinitate impleat. Porrò ut filius uiuūt, uita patris in se manentis: ita & is in quo ipse manet, uiuūt, uita eius in se manentis. Et ut filius uiuens primordiale inītiū rationemq; uitæ suæ refert ad patrem, & uiuūt propter patrem: ita & nos uiuentes à filio, uiuimus propter filium. Sed hoc interest, quod ille æternē à patre natura uiuūt, nos autem ex tempore à filio gratia uiuimus.

Modus presentie Christi.

Et postea: Mox aperuit mysterium, sacramq; uerborum suorum intelligentiam, cum dixit, Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam: id est, spiritalis intelligētia uiuificat, carnalis nihil prodest. Hoc autem dixit, ut intelligerent, quæ locutus erat: carnalem intelligentiam non expetere, sed spiritualem & diuinam: Et ipsum non carnaliter è coelo, sed spiritualiter & diuino descendisse modo. Filius enim hominis spiritualiter & diuinē est, ubicunque filius Dei est: sed corporaliter, id est, corporali modo solum erat in ludæa, etsi in ludæa diuino etiam esset modo. Diuinus modus impassibilis, & incomprehensibilis: carnalis & comprehensibilis, qui & aliquando fuit passibilis. Similiter cum carnem suam dat cibum, & sanguinem suum potum, non carnali, quem ipsi intelligebant, dat modo. Caro enim illa, id est, modus ille cibi carnis, & potus ille sanguinis, non prodest quicquam, neque unquam cuiquam fuit exhibitus. Sed tunc solum prodest, cum diuino suscipitur, & eo quo tunc erat in coelo, modo. Et

LIBER SECVNDVS.

Et sic se, cum adhuc esset passibilis, omnibus in se uerè credentibus dabat impassibili modo. Quomodo etiam dedit se discipulis omnibus, qui sacræ suæ cœnæ aderant, in mysterio & spiritu. Excepto solo Iuda, qui duntaxat suscepit ipsum in mysterio. Et proinde figura est omnium, solum in uisibili signo carnē & sanguinem Domini suscipientium.

Et adiecit Dominus: Verba quæ ego locutus sum, spiritus & uita sunt. Vt non intellerēt illa carnaliter, & ad literā, quæ occidit: sed spiritualiter, & ad intelligentiam, quæ uiuificat. Ipse enim est illorū uerborum spiritus, ipse illorum intelligentia & uita.

Hæc ille doctissimus & sanctissimus theologus, de uerbis Domini prolatis in schola Capharnaumica, & in cœna mystica. Neq; diuersa scribit explanans euangelium Matthei, Marci, & Lucae, si quis obseruet, quæ de modo præsentia Christi scribit. Et in commentarijs quidem Matthæi sic loquitur: Hoc sacrificiū tunc erat primitiæ ueri agni, posteris autem huius mysterij memoria perennis. Nā tunc corpus illud, quod paulo post fuit immolatū in cruce, dedit illis, sed sacramentali & spirituali modo sub uelamento panis manducandū: & sanguinē paulo post effundendū sub uelamento uini similiter bibendū, impassibilis in ipsis manēs, quia spirituali & impassibili modo: passibilis autē exterius apparēs. Cū ergo sumpserūt corpus eis discipuli, neq; clausum sumpserunt, quia extrā uidebant: neq; exclusum, quia intra habebāt. Totū enim extrā tūc erat sensibiliter & passibiliter: & totum intrā sacramentaliter, & impassibiliter: & æquè uerè hic atque illic, si non etiam uerius hic quàm illic: quia hic diuino, illic humano modo erat.

THEOPHYLACTI ARCHIEPISCO-

pi Bulgariae interpretatio.

AVdiamus nunc Theophylactū, qui post Ioannē
h 2 Damasco

Damascenum scripsit, cōmotis iam cōtentionibus in ecclesia de corporali præsentiā corporis Christi, & cōuersione symbolorū panis & uini in substantiam carnis & sanguinis Christi, siue ut appellāt in scholis, de transubstantiatione. Et nisi attento animo legātur uerba Theophylacti, uerba Domini tum in cœna tum in schola Capharnaum prolata enarrantis, eorum opinionem affirmare uidetur, qui asserunt, sub speciebus panis & uini absq; subiecto contineri corpus & sanguinem Domini.

Verba igitur, Ego sum panis uitæ, & quæ sequuntur, ita exponit: Cum manna confert cibum, qui ab ipso datur. Et paulo post: Manifeste hīc loquitur de mysticā sumptiōe sui corporis. Dicit enim: Panis quē ego dabo, caro mea est, quam dabo pro mundi uita.

Hoc didicit à
Damasceno.

Attende autem, quod panis qui à nobis in mysterijs editur, non est ἀντίτυπον exemplar alicuius archetypī referens imaginem, carnis uidelicet Domini, sed ipsa caro Domini. Quia non dixit, Panis quem ego dabo, antitypon est carnis meæ: sed, caro mea est. Transmutatur, μεταποιεῖται enim ineffabilibus uerbis panis ille, per mysticam benedictionē & aduentum spiritus sancti, in carnem Domini. Neminem uerò turbet, panem credere carnem. Nam Domino ambulante in carne, & alimentum ex pane admittēte, panis ille comestus in corpus eius commutabatur, μεταβάλλετο, & sancte ipsius carni similis efficiebatur, & conferebat ad augmentum & constitutionem corporis, ut fieri assolet in hominibus. Nūc igitur etiā panis cōmutatur, μεταβάλλεται in carnē Domini. Et quomodo, dicat aliquis, nō caro nobis apparet, sed panis? Videlicet, ne fastidia mus nos hūc cibū. Si enim appareret caro, nulla suauitate afficeremur, ac moueremur ad participandū. Hoc igitur nostræ infirmitati concedit Dominus, ut mysticus cibus talis nobis appareat, quali sumus assueti.

Alibi explanat,
symbola uerti
eis δὲ νόμισμα,
uirtutem carnis
& sanguinis.

Et

Et postea: Quū igitur audimus, quòd nisi edamus carnem filij, non habemus uitam, in perceptione diuinorum mysteriorum fidem habere nequaquam hæsitantem, & non querere oportet, quomodo? Animalis enim homo, id est, qui humanas, & animales, & phisicas rationes sequitur, non percipit spiritalia, & quæ supra naturam sunt. Ac mox: Quisquis ergo gratiam spiritus sancti per diuinorum mysteriorum participationem percipit, nec esurit fame intellectuali, nec sitit ut increduli.

Ac subiiciens uerba, Qui edit carnem meam, & reliqua: Hic, inquit, discimus mysterium μεταλήψεως, perceptionis & communicationis. Qui enim edit ac bibit carnem & sanguinē Domini, in ipso manet Domino, & Dominus in ipso. Fit enim noua & rationē superans συνανέκθεσις contemperatio & complexio, ut Deus sit in nobis, & nos in Deo. Non audis horridum & absurdum sermonem. Non edimus Deum ἄλῳ, purū & solum: qui tāgi nequit, & est incorporeus, & neq; oculis neq; dētibus edi potest. Ac rursum, nō edimus puram & solam carnem, quæ nihil iuuare potest. Verūm quia Deus uniuert sibi carnem ineffabili temperamento & coniunctione, caro hæc uiuifica existit. Non quod in naturam Dei transierit, absit: sed ritu igniti ferri, quod ferrum manet, & ignis effectiōnem declarat. Sic & Domini caro manens caro uiuifica est, quippe uerbi Dei caro. Poteris autem edere & bibere carnem Domini & sanguinem, non solum mysteriorum perceptione, sed etiam alio modo. Tandē adijcit: A Christo dicta, non carnaliter, sed spiritaliter intelligi oportere: esse enim uerba spiritalia, quæ nihil habent carnale, & uitam æternam suppeditant.

Hæc & alia in eandem sententiā scribit Theophylactus, enarrans v. i. caput Ioannis. Eandem uerò sententiam reddit paucis quidem uerbis, tractans eucharistiam.

h 3 ristiam.

Vnio & cōmuniō Christi.

Igitur Christus in sacramento non totus includitur.

ristiam. Sic enim loquitur capite XIII. Marci: Postquam benedixit, hoc est, gratias egit, fregit panem, quod & nos facimus, preces dicendo: Hoc est corpus meum, hoc quod nunc accipitis. Panis enim non est ἀτίτυπος, id est, imaginem & similitudinem referens corporis Domini, sed in illud ipsum corpus Christi μεταβάλλεται commutatur. Namque Dominus etiam dicit: Panis quem ego dabo, caro mea est. Non dixit, ἀτίτυπος est meae carnis, sed caro mea est. Et rursus: Nisi comederitis carnem filii hominis, & reliqua. Sed dicat aliquis, quomodo autem caro non cernitur? Propter nostram imbecillitatem, o homo. Quia enim panis & uinum nobis sunt usitata & consueta in uictu, sanguinem autem propositum & carnem uidentes non sumeremus, sed ab eis abhorreremus: idcirco Deus amator hominum, id nobis indulget, ut speciem quidem panis & uini seruet, transmutet autem siue transelementet in uirtutem carnis & sanguinis.

Eadem ferme dicit etiam Theophylactus in Matthaei explanatione. Quis autem non uidet, eum panem & uinum, carnem & sanguinem Christi, manducationem & potationem eodem sensu accipere, tam in sermone Domini doctrinali habito in Capharnaum, quam in ordinatione testamenti noui & aeterni humanae salutis? Idem quoque permutationem substantiarum ponere uidetur, ac patrocinari nouo dogmati Papae Romani, eiusque consortium. Sed quia dicit, uerba haec omnia spiritualia esse, spiritualiter & non carnaliter intelligenda: & commutari panem ac uinum in uirtutem carnis & sanguinis Christi: & proinde panem esse Christum, & corpus & carnem Christi, & uinum esse Domini sanguinem, omniaque tribuit uerbo Dei & gratiae spiritus sancti, operantis in fidelibus hominibus, loquitur Theophylactus more ueterum, Basilij, Cyrilli, & aliorum de sacramentis: nec patrocinatur
 crassae

LIBER SECVNDVS.

crasse papistarū opinionī, quę dicit, sub specie panis & vini absq; subiecto latere & cōtineri corpus & sanguinē & totū Christum, & sumi pariter ab impijs & pijs. Sed ex Augustini uerbis lux maior accedet iā dictis.

AURELI AVGVSTINI EPISCOPI

Hipponensis interpretatio.

Qui doctor ecclesię receptus & approbatus inter primos, non modò suam, uerū & aliorum sententiam exprimens, tractatu XXVI. in Ioannem ita loquitur: Caro mea, inquit, uerè est |cibus, & sanguis meus uerè est potus.

Cum enim cibo & potu id appetant homines, ut neq; esuriant, neque sitiant, hoc ueraciter non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit: id est, societas ipsa sanctorum: ubi pax erit, & unitas plena, atq; perfecta. Propterea quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, Dominus noster IESVS Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Nāq; aliud (*alterum*) in unum ex multis granis conficitur, aliud in unum ex multis acinis cōfluit. Deniq; iam exponit, quomodo id fiat, quod loquitur: & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem bibere: Qui manducat carnem meam, & cætera. Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potū, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc, qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem: licet carnaliter & uisibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tātæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immūdus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta: quæ aliquis non dignè sumit, nisi qui mundus est.

Impij sacramentum, non rem sacramenti percipiunt.

Et

Significandi uerbo utitur Augustinus, & tamē signa inania nō exhibet.

Et mox: Non ait, sicut manduco patrem, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior, qui est natus æqualis, sicut participatione filij per unitatem corporis eius, & sanguinis: quod illa manducatio potatioq; † significat, nos efficimur meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternam uitam, quam non habebamus ex nobis.

Et XXVII. tractatur: Sermo est de corpore Domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter æternam uitam. Exposuit autem modum attributionis huius, & doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Signum, quia manducauit & bibit, hoc est, si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret ut non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis uerbis, ut simus in corpore eius sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes unitatem eius.

Manere in Christo.

Ac postea: Diximus fratres, hoc Dominum commendasse in manducatione carnis suæ, & potione sanguinis sui, ut in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus mēbra eius: manet autem ipse in uobis, cum sumus templū eius. Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat. Ut compaginet unitas, quæ facit nisi charitas? Et charitas Dei unde? Apostolum interroga. Charitas, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ergo spiritus est, qui uiuificat. Spiritus enim facit uiua membra. Nec uiua membra spiritus facit, nisi quæ in corpore quod uegetat, ipse spiritus inuenerit. Nam spiritus qui est in te o homo, quo constas ut homo sis, nunquid uiuificat membrum

In unione Christiana seruari oportet.

LIBER SECVNDVS.

brum, quod separatum inuenerit à carne tua? Spiritum
 tuum dico, animam tuam. Anima tua non uiuificat ni
 si membra, quæ sunt in carne tua. Vnum si tollas, iam
 non uiuificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui
 non copulatur. Hæc dicuntur, ut amemus unitatem,
 & timeamus separationem. Nihil enim sic debet for
 midare Christianus, quàm separari à corpore Christi.
 Si enim separatur à corpore Christi, nō est membrum
 eius: Si non est membrum eius, non uegetatur spiritu
 eius. Quisquis autem, inquit Apostolus, spiritū Chri
 sti non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est, qui ui
 uificat, caro autem non prodest quicquā. Verba quæ
 ego locutus sum, spiritus & uita sunt. Quid est, spiri
 tus & uita sunt? Spiritualiter intelligenda sunt. Intelle
 xisti spiritualiter? Spiritus & uita sunt. Intellexisti car
 naliter? Etiā sic illa spiritus & uita sunt, sed tibi nō sunt.

Ac rursus tractatu x x v i. Reuelare se uoluit,
 quid esset dicens, Qui credit in me, habet uitam æter
 nam. Nam cōpendio dicere potuit: Qui credit in me,
 habet me. Ipse enim Christus uerus Deus est, & uita
 æterna. Qui credit in me, ut in me: & qui ut in me, ha
 bet me. Quid est autem habere me? Habere uitam æ
 ternam. Et postea: Manducauit manna & Moyses,
 manducauit manna & Aaron, manducauit manna &
 Phinees, manducauerunt ibi multi, qui Domino pla
 cuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia uisibilem
 cibum spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurie
 runt, spiritualiter gustauerunt, ut spiritualiter satiaren
 tur. Nam & nos hodie accipimus uisibilem cibum.

Sed aliud est sacramentum, aliud uirtus sacramenti. *Sacramentum,*
 Quam multi de altari accipiunt, & moriuntur? Vnde *& uirtus sacra*
 dicit Apostolus: Iudiciū sibi manducat & bibit. Non- *menti,*
 ne buccella Dominica uenenum fuit Iudæ: Et tamen *id copiosius elo*
 accepit: & cum accepit, in eum inimicus intrauit: non *quitur tra-*
 quia malum accepit, sed quia bonum malè malus acce *latu 62.*

i pit.

pit. Videte ergo fratres, panem cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata etsi sint quotidiana, uel non sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite, quòd dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Dimittis, dimittetur tibi: securus accede: panis est, non uenenum.

Tempus eucharistiae celebranda liberum.

Et postea: In hoc cibo & potu, id est, corpore & sanguine Domini, non est ut in esca, quam sustentandæ huius temporalis uitæ causa sumimus. Nam & qui eam non sumit, non habet uitam: & qui eam sumit, habet uitam, & hanc utique æternam. Hunc itaq; cibum & potum societatem uult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta ecclesia in prædestinatis, & uocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est, prædestinatio: secundum & tertium factum est, & fit, & fiet, id est, uocatio & iustificatio: quartum uerò nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Huius rei sacramentum, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum in Dominica mensa præparatur, & de mensa Domini sumitur quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium. Res uerò ipsa, cuius sacramentum est, omni homini ad uitam, nulli ad exitium, quicumq; eius particeps fuerit.

Ac rursus tractatu XXVII. rem in summam redigens ait: Hoc totum quòd Dominus de carne & de sanguine suo locutus est, & quòd in eius distributionis gratia uitam nobis promisit æternam, & quòd hinc uoluit intelligi manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, ut in illo maneant, & ipse in illis: & quòd non intellexerunt, qui non crediderunt: & quòd spiritualia carnaliter sapiendo scandalizati sunt: & quòd eis scandalizatis & pereuntibus consolatio Domi.

Domini adfuit discipulis qui remanserant: hoc ergo totum ad hoc nobis ualet, dilectissimi, ut carnem Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali, sed usque ad spiritus participationem manducemus, & bibamus: ut in Domini corpore tanquam membra maneamus, ut eius spiritu uegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta.

Idem Augustinus bene monet simplices diuinæ scripturæ lectores psalmo 54. dicens: Quædam in scripturis dura uidebantur, cum essent obscura: exposita mollita sunt. Nam & prima hæresis in discipulis Christi, uelut ad duriciem sermonis ipsius facta est. Cum enim diceret, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit uitam in se: illi non intelligentes, dixerunt ad inuicem, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Dicentes, quia durus est sermo hic, separauerunt se ab illo: remansit cum alijs XII. Et mox: Nūquid iam Petrus intelligebat secretum illius sermonis Domini?

Nondum intelligebat: sed bona esse uerba, quæ non intelligebat, piè credebat. Ergo si durus est sermo, & nondum intellectus est, durus sit impio, tibi autem pietate molliatur. Quia quandoque soluetur, & fiet tibi oleum, & usque ad ossa penetrabit.

*DE MYSTERIIS SALUTIFERE
passionis & mortis IESU Messia Liber ter-
tius: qui explicat missam Papæ & ec-
clesiæ Romanæ.*

Notitia missæ,
ut cœnæ Domi-
nicæ, ad omnes
homines per-
tinet.



V I existimant disputationes de cœ-
na Domini & eucharistia, id est, gra-
tiarum actione pro salute hominũ
parta in filij Dei passione ac morte:
itẽq; de missa Papæ & ecclesiæ Ro-
manæ, de commutatione panis ac
uini sacramentalis in corpus & san-
guinem Christi, de communionem sub utraq; specie pa-
nis ac uini, de sacrificio missæ, de inuocatione mortuo-
rum in missa, & de alijs rebus huius generis, non perti-
nere ad uniuersos Christianos, tam laicos quàm cleri-
cos, tam rudes quàm eruditos: eos equidem existimo
non satis perpendisse, quid Papa Romanus, & ipsius
confortes missæ tribuant: aut quo loco habeant eos,
qui non præcipuum officium Christiani hominis, &
salutem collocant in spectatione & aëscultatione mis-
sæ: aut quid multi Christiani missæ Romanæ tribuãt,
putantes ab ea pendere salutem hominum. De qui-
bus paulo post ex Papisticorum libris diligens lector
pluscula cognoscet. Proinde ut in hoc opere mihi pro-
posui, non meas cogitationes, sed narrationem histo-
ricam, fide bona, cum studio breuitatis prosequar, fi-
deq; bona missam Papisticam delineabo.

MISSA, CUIVS LINGVÆ VOX,
& quid significet.

Nomen missa.

IN scriptis beati Gregorij Magni, Romani episco-
pi, aliquoties legitur nomen hoc Missa: ut quum di-
cit, facere missas, & celebrare solennia missarũ. Et se-
quentes theologi frequentissimè usurpant hanc uo-
cem. Ante Gregorium, si titulus non fallit, in libris di-
uini Am-

vi Ambrosij de sacramentis, ueluti de præparatione ad celebrationem missæ, nomen hoc ponitur. Nihil autem antiquius habeo, quàm epistolam tertiã beati Clementis, episcopi Romani, ad Iacobum fratrem Domini, episcopum Hierosolymitanum.

Ioannes Reuchlinus Phorcensis, uir unde quaque doctissimus, & trium sanctarum linguarum Ebraicæ, Græcæ, Latinæ in primis doctus, constanter asserit, uocem Missa nec Latinam, neq; Græcam esse, uerùm Ebraicam: eoq; uerbo notari docet, quicquid pensitationum subditi principii suo iure soluere assolent, munus personale, collectam, indictionem, superindictum, angariam, perangariam, tributum, censum. Sanctes Pagninus id non agnoscit, leuicula sanè ratione indutus. Polydorus etiam Urbinas, Latinum potius arbitratur, quàm Ebraicum uocabulum: de quo aliàs.

Nunc audiamus magistrum Guilielmum Durandum, quid ecclesiæ, & academiæ, & scholæ pontifici Romano subiectæ opinentur de nomine ac de re missæ. Is enim libro quarto Rationalis diuinorum ita scripsit: Missa in duas partes principaliter diuiditur, uidelicet in missam catechumenorū, & missam fidelium. Catechumenorum missa, ab introitu usq; ad offertorium, ab emittendo missa dicitur. Missa fidelium ab offertorio usque ad post communionem, à dimittendo: quia ea expleta, ad propria quisq; fidelis dimittitur. Et hoc uerius, quia tunc hostia mittitur. Quandoq; usitatus totum officium ab introitu usq; ad Ite missa est, dicitur missa, siue inuocatio nominis Dei, quæ fit à sacerdote super altare, quasi transmissa. Eo quòd populus fidelis per ministerium sacerdotis, qui uice mediatoris inter Deum & homines, id est, Christi fungitur, preces, supplicationes, ac uota altissimo transmittit. Quandoq; illud officium, quod sub silentio fit. Quandoq; solū uerba illa, quibus Dominicum

Etymologia missæ papisticæ.

Quia uerò papisticus ille theologus, iuriconsultus, et episcopus, in nomine missæ exponendo sibi tantum permittit: quàm certa est rei notitia inter istos homines?

Sacerdos missæ faciens, mediator ut Christus. Quod nondum probatum est.

i 3 corpus

*Sex iam signifi-
cationes termi-
ni et uerbi missa
posuit Durandus.
Et quid certi ad
huc habemus?*

*Nota lector
Christiane, quid
in sacramēto et
mysterio Papi-
sticæ missæ deli-
teat. Missa sola
potest conciliare
Deū & homi-
nes: Et quid am-
plius querimus
ad salutem no-
stram?*

corpus conficitur. Aliquādo missa est nomē propriū, quod significat Christū missum à patre in hunc mundum. Significat etiā angelū, qui mittitur, ut per eius manus hostia offeratur in sublime altare Domini. Ipsum ergo sacrificiū, id est, hostia uocatur missa, quasi transmissa: prius quidem à patre nobis, ut scilicet esset nobiscū: postea à nobis patri, ut intercedat, & sit pro nobis apud Deum: uel transmissa, per incarnationem & passionem. Similiter in sacramento transmissa primò nobis à patre per sanctificationem, quæ nobiscum esse incipit: postea patri à nobis per oblationem, quæ pro nobis apud patrē intercedit. Hæc enim missio seu legatio sola sufficiens & idonea est, ad soluendas inter Deum & homines inimicitias & offensas. Cum ergo diaconus in fine missæ dicit, Ite missa est: idem est, ac si dicat, redite ad propria, uel sequimini Christum: quia missa siue oblata est hostia salutaris pro nobis ad Deum patrem placandum.

CANON MISSAE.

*Extant ingentia
uolumina de ca-
none missæ, quæ
tamen ipsum no-
men & rem nō
satis explicant.*

ET quia canon præcipua est pars missæ, & maxime est missa, exponat nobis etiā Durandus, quid sit canon missæ. Nam quid mihi uideatur, suo loco dicam. Missæ canon, inquit, & oblatio, & actio, & sacrificium, & secreta uocatur, & sacrum mysterium. Et secundum quosdam hic incipit missa: quoniam cætera sunt de solennitate. Canon uerò dicitur, quia regulis patrum compositus: uel quia regulariter Christus uerus sacerdos in eo repræsentatur: uel quia per hunc regulariter fit consecratio.

QVID SIT MISSA.

Definitio missæ.

EX quo rerum genere Papistici missam censeant, non est ignotum, aut dubium: quando illi primum locum tribuunt inter septem ecclesiæ Christianæ sacra-

sacramenta. Omnibus etiam officijs hominis Christiani præferunt missam, id est, sacramentum altaris. Sed rursus audiamus Durandum libro quarto, ita loquentem: Inter cuncta ecclesiæ sacramenta illud constat esse præcipuum, quod in missæ officio supra mensam sacratissimi celebratur altaris, illud ecclesiæ representans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulum saginatum, panem uitæ, & uinum quod miscuit sapientia proponens. Hoc autem officium Christus instituit, cum nouum condidit testamentum, disponens hæredibus suis regnum, sicut pater suus sibi (illi) disposuit: Ut supra mensam eius edant & bibant in regno, quod ecclesia consecrauit. Cœnantibus enim illis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit. Et reliqua. Officium igitur missam ostendit Christianum, & sacramentum, quod Christus ipse instituit, cum in cœna sacra nouum testamentum ordinauit. Sed quantum conueniat missæ cum cœna Domini, paulo post liquidius perspicietur.

PARTES MISSÆ.

DVas partes missæ iam uerbis Durandi ostendi, missam catechumenorum, & missam fidelium. Alibi tamen quadripartitam facit: singulæq; partes suas habent particulas. Qui Durandus libro sexto ita scribit, loquens de parasceues die: Incipit hoc officium à lectionibus, quia in primitiua ecclesia omnis missa à lectionibus inchoabatur. Sed hoc hac die specialiter fit pro eo, quia passio Domini hodie celebrata est: in cuius memoria omnis missa cantatur.

Et quarto libro: Cætera diuersis temporibus ab Apostolis, & à Gelasio, Cælestino, Gregorio, & alijs diuersis patribus leguntur adiecta: prout Christianæ religionis cultu crescente, uisa sunt decen-

ad

*Luca 15. Pro-
uerb. 9.*

*Oportebat er-
go testamentum
fily Dei non mu-
tare. Galat. 3.
quod etiam les-
ges ciuiles in hu-
manis testamen-
tis summopere
tuentur.*

*Missæ igitur ec-
clesiæ primitiue
alia fuit quam
posterioris.
Hic finis autem
nō seruatus est.*

*Missæ ueluti cen-
to à multis con-
suta artificibus.*

† Atqui Christi & apostoli uideri potuerunt, quid Deo gratum & salutare hominibus foret.

Libertatem igitur illam quis sustulit?

Et qua fronte dicunt, apostolos missam istam Romanam fecisse?

Ut uulgo tragicœdiam passionis ludunt scilicet.

Domini Iesu Christi sacrosancta cœna aliter est peracta.

Theatrum & cœna ista operose explicat papisti ei mystagogi.

Missam canonicam, distinctam est à non Canonica & irregulari.

ad officij decorem pertinētia † uidere potuerunt. Unde missæ inceptio tres habuit uarietates. Aliquando enim inchoabatur à lectione, prout fit in sabbatho sancto parasceues: aliquando à canone, ubi Christi institutio adhuc cernitur. Quanquā alium Cyprianus, alium Chrysostomus, alium alij canonem habuerunt. Intellexerunt enim liberum esse, quibus uterentur Christiani precibus, & laudibus diuinis: modò nō repugnantibus sacris scripturis, & pertinentib. ad ecclesiæ ædificationem. Tertium initium est ab introitu.

Porro missæ officium tam prouida reperitur ordinatione dispositum, ut quæ per Christum, & in Christum, ex quo de cœlo descendit, usq; dum in cœlum ascendit, gesta sunt, magna ex parte contineat, & ea tam uerbis quàm signis admirabili quadam specie representet.

Ipsam autem officium, in quatuor consistit: in personis celebrantium, ministrantium, & circumstantiū: in operibus, ut gestibus, actibus, motibus: in uerbis, ut orationibus, modulationibus, & lectionibus: in rebus, ut ornamentis, instrumentis, & elementis.

GENERA MISSARVM.

Dominus IESVS Christus unā & uniformē cœnam eucharisticam ecclesiæ suæ tradidit: quemadmodum simplex ritus paschalis cœnæ ueteri ecclesiæ Israelitarum fuit traditus, & obseruatus religiosè, ut primo libro indicauī. Ecclesiæ etiam Armeniorum unam formam tenent, itemq; Indianorū Christianorum. Vnam etiam liturgiæ formam Basiliius, Chrysostomus, & alij suis ecclesijs composuerunt. Cæterum in ecclesia Romana quædam sunt missæ canonicæ, ut quæ Dominicis diebus aguntur: quædam sunt speciales & priuatae, quæ certis diuis, angelis, & omnium ordinum sanctis hominibus accommodantur, certisq; personis destinantur, & malis pellendis, uel bonis impetrandis

petrandis nominatim destinantur. Veluti missa sancto Sigismundo peculiariter dicata, pro quibusdam febricitantibus, ut liberentur à morbo.

Iuxta quas differentias multiplex & propè innumera turba missarum inualuit. Vt nullum pharmacopoleium usquam ita sit instructum, quod plures habeat capsulas, & loculos, & pyxides: non ars medici plura habeat recepta, ut uocant, & compositiones medicas, quam ecclesia Romana canonicas & speciales missas.

Vocat etiam Durandus missam quandam siccam, in qua non conficitur corpus & sanguis Christi: angelis etiam non inuocatis ad eam confectionem. Sunt quæ à precio nomen acceperunt, dictæ missæ aureæ.

Missæ sicca.

Missæ aureæ.

VSVS ET ABVSVS MISSARVM.

Dominus IESVS finem suæ cœnæ sacrosanctæ illum proposuit, ut pii cultores frangant eucharistiæ panem, & distribuant calicem eucharistiæ, in memoriam ipsius seruatoris, qui sanguinem fudit suum in remissionem peccatorum, & corpus tradidit in mortem pro mundi uita. Quod Paulus apostolus diligenter inculcauit, & ueteres ecclesiæ patres sancti. Quam & Durandus ait, quod omnis missa in memoriam passionis Domini cantetur.

Id quod non est obseruatum in missis, ad honorem & gloriã diuorum factis.

Cæterum ut nemo non cernere possit, quomodo, & quantum à fine suo legitimo deflexerit missa ecclesiæ Romanæ, fines aliquot missarum recitabo ex libro missali Gregoriano, Mediolanensi, Constantiensi, & Argentinensi.

À personis spectantur hi fines: Missa sacerdotis, monachorum, Missa sacerdotis propria, propria iterantis, communis aut generalis.

À personis diuersi fines & usus missæ.

Pro omni gradu ecclesiæ. Pro cuncto populo catholico. Pro omni congregatione. Pro principibus Christianis. Pro rege & populo. Pro regibus. Pro rege.

Pro diuersis personis. Vt Ezechiel dicit cap. 13. pulillos subici alis quorum libet hominum.

Pro imperatore. Pro imperatore uel rege. Pro episcopo uel

k

po uel

pro uel alio praelato, & sibi commissis. Pro apostolico, & omni gradu ecclesiastico. Pro Papa. Pro pontifice. Pro uiuis sancti Gregorij missa. Pro patientibus persecutionem. Pro tribulationem uel pressuram sustinentibus. Pro iter agentibus. Pro nauigantibus. Pro captiuis. Pro infirmis. Pro infirmo, de cuius salute desperatur. Pro poenitente. Pro desiderante poenitentiam cum aliquo inter signo. Pro desiderante poenitentiam, & non consequente. Pro eo qui morti propinquus censetur. Pro muliere pragnante. Pro febricitantibus. missa Sigismundi regis. Pro daemniaco. Pro his qui a daemnio uexantur. Pro poenitente. Pro poenitentibus. Pro benefactoribus. Pro eleemosynas facientibus. Pro familiaribus. Pro amicis uiuentibus. Pro inimicis. Pro uiuis & defunctis.

Christus rogauit pro inimicis suis in cruce, et idem facere docuit suos discipulos.

Pro mortuis: unde sunt amplissima tributa & uectigalia.

A rebus fines diuersi missarum.

Contra hostes. Contra hostes ecclesiae. Contra Paganos. Contra Turcas. Contra iudices male agentes.

Pro defunctis. Pro omnibus fidelibus defunctis. In agenda mortuorum. Pro mortuis, & in commemoratione cuiuslibet sancti. Pro quiescentibus in coemeterio. In coemeterio missa. Plurimorum defunctorum. Pro multis uiris defunctis indifferenter. Pro uno defuncto. Vnius defunctae. Pro patre & matre. Pro defunctis fratribus. Pro fratribus & sororibus defunctis. Pro familiaribus. Pro episcopo defuncto. Pro episcopo uel sacerdote defuncto. Defunctorum episcoporum. Pro sacerdote defuncto. Pro laico defuncto. In depositione: tertio, septimo, tricesimo, centesimo, anniuersario, plurimorum defunctorum, uel unius defuncti. Pro cuius anima dubitatur.

In rebus ipsis etiam multi fines spectantur. Nam per missas bona impetrare, aut retinere uolunt, & mala propulsare. Inde sunt eiusmodi missae. Pro salute uiuorum & mortuorum. Pro salute plurimorum uiuorum. Pro salute unius uiui. Ad poscendum suffragia sanctorum. Pro

Pro pace, uel ad postulandā pacem. Pro uictoria. Pro cōcordia. Pro stabilitate loci alicuius, tēpore aduersitatis. Pro pietate, charitate, humilitate, castitate, deuotione. Pro compunctione. Pro petitione lachrymarū. Pro remissione peccatorum. Pro nouis frugibus. Pro serenitate, uel ad postulandam serenitatem. Pro impetranda pluuia. Tempore synodi, uel colloquiū.

Contra quamcunq; tribulationē. Cōtra tribulationes & aduersitates. Cōtra tribulationes & aduersitates ecclesiæ. In tribulatione. Pro tribulatione uel persecutione inimicorum. Pro tentationibus inimicorum inuisibilium. Contra tentationes carnis. Cōtra cordis immundiciam, & iniquas cogitationes. Pro cogitationibus cordiū immundis. Cōtra subitanēam mortem. In tempore belli. In cōtentione. Cōtra obloquētes cantus. Contra sterilitatē terræ. Cōtra famem. Cōtra tempestates. Ad repellendā tempestatē & fulgura. Quando multum pluit. Pro peste, uel contra pestilentia. Pro mortalitate hominum. Pro peste animalium, uel contra mortalitatem pecorum.

Missæ remediū est aduersum quæcunq; mala. Valeat igitur medicina, herba, gemma, & alia omnia.

Tam multiplicem & uarium usum missarū ostendūt libri authentici papisticorum: tot uires, effectus, uirtutes, operationes, fructus missarum pollicentur: tot fines missarum præstittuunt, & illos non modò diuersos, sed etiā cōtrarios: ut pro inimicis, cōtra inimicos, pro salute uiuorū ac mortuorū, cōtra omnē tribulationem & aduersitates. Omitto aut̄ illa, quæ propè in singulos annos, menses, dies de nouo excogitantur.

Missæ Romana res quædam potentissima est.

Si enim morbus inuasit populum, ut superioribus annis sudor Anglicus, noua missa occurritur. Si perditā sit bucula, uel ouicula, uel res etiam uilior, missa uidetur idonea & efficax ad reparandum. Si grassetur incendium, si aquarum eluuio, si armorum conflictus, eucharistia consecrata in missis interponitur. Omitto, quòd plerique sacerdotes & monachi

nunc missas faciunt propter numum & uentrem, uel quia sacerdotium annuum obstrinxit eos ad certum numerum missarum, uel quia redemptor numerata pecunia conduxit eos ad missandum: quos neque amor Christi, neque mortuorum supplicia, neque uiuorum salus aut perniciēs alioqui ad faciendas missas impelleret. Omitto, quod magicis etiam operationibus missæ inseruiunt. Sed quàm ista cōueniant institutioni cœnæ Dominicæ, uel me tacente omnes intelligunt, qui animum aduertunt. Orat ecclesia pro cunctis ordinibus, & bona quæuis petit à cœlesti parente, per Christum seruatorem, itemque malorum depulsionem. In mysteriis autem baptismi, aut eucharistiæ, illa non peragit. Gratias egit Dominus IESVS Christus Deo patri, & rogauit pro suis discipulis, in cœna sacrosancta. uerum quid simile habet missarum ista multiformis applicatio & cauponatio? Quæ scientia & ars actiua aut speculatiua? Quod opus hominum? quæ res in terra, uel etiam in cœlo conferri poterit cum præpotenti missa, effectrice omnium bonorum, & propulsa trice omnium malorum? Et si Deus Mauzim à Daniele prædictus hic non est, quis tandem erit?

Preces ecclesia.

Daniel. X l.

FINIS ET VSVS ATQVE FRV-
ctus missæ, ex diui Ambrosij sententia.

ET si uerò non proposui hoc scripto refellere argumentis, quæ perperam nonnulli docent & agunt in mysteriis salutiferæ passionis IESV Messia, sed historicam narrationem texere: non tamen alienum ab instituto fuerit, si ex libris Ambrosij, qui magno in precio sunt apud Papisticos, ostendero cœnæ Dominicæ uel missæ usum legitimum, eumque duplicem: memoriam salutarem mortis Christi, & communionem in fide sumentium mysteria, cum seruatore Christo, & cum sanctis omnibus.

Libro

Libro enim quinto de sacramentis, capite sexto, de magnitudine & excellentia sacramenti corporis & sanguinis Domini, Ambrosius ita scribit: Quantū sit sacramentum, cognosce, uide quid dicat: Quotiescunq; hoc feceritis, toties commemorationem mei facietis, donec adueniam. Et sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissimæ eius passiōis, & ab inferis resurrectionis, & in cœlum ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum, & calicem uitæ æternæ. Et petimus & precamur, ut hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo, per manus angelorum: sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahamæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos Melchisedek. Ergo quoties accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiescūque sumimus, mortem Domini annunciamus: si mortem annunciamus, annunciamus remissionem peccatorū. Si quotiescunq; effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.

De unione & cōmunionem cum Christo idem Ambrosius libro sexto cap. 1. sic loquitur: Ne plures dicerent (nempe quod in Capharnaum dixerunt, Quomodo potest hic nobis suam carnem dare ad manducandum?) ueluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis: ideo in similitudinē quidem accipis sacramentum, sed ueræ naturæ gratiam uirtutemq; cōsequeris. Ego sum, inquit, panis uiuus, qui ē cœlo descendī. Sed caro nō descendit de cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex uirgine. Quomodo ergo descendit panis ē cœlo, & panis uiuus? Quia idem Dominus noster IESVS Christus consors est & diuinitatis & corporis. Et tu qui accipis panem, diuina eius

Hæc etiam in canone missæ Ambrosiana ponuntur, & Gregoriana.

Memoria passionis Dominicæ.

Hæc in missa Latina commemorantur.

Unio & cōmunionem cum Christo per sacramenta.

Sacramentū similitudo carnis & sanguinis Christi: Fidelis autem gratiā & uirtutē naturæ Christi consequitur.

Significat sacramentū aliquid.

Verus Melchisedek Christus, rex iustitiæ, & sacerdos æternus.

Precatio ad Christum, ut reformet missam.

nae eius substantiæ in illo participaris alimēto. Et capite nono, de mysteriis initiandis: Sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur. Vera utiq; caro Christi quæ crucifixa est, quæ sepulta est: ueræ ergo carnis illius sacramētum est. Ipse clamat Dominus IESVS: Hoc est corpus meū. Ante benedictionē uerborū cœlestiū alia species nominat: post cōsecrationē corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinē suū. ante cōsecrationē aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis, Amē. Quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod sermo sonat, effectus sentiat. His igitur sacramētis pascit ecclesiā suā Christus, quibus animæ firmatur substātia. Et postea: In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Nō ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Cor nostrum esca ista cōfirmat, & potus iste letificat cor hominis, ut propheta memorauit. Vnde adepti omnia, scimus regeneratos nos esse. Et cap. 8. Non humani, sed diuini est muneris sacramentū, quod accepisti, ab eo prolatum, qui benedixit fidei patrē Abrahā illum, cuius gratiam & gesta miraris. Ista esca quā accipis, iste panis uiuus qui descendit de cœlo, uitæ æternæ substantiā subministrat: & quicumq; hunc panem manducauerit, non morietur in æternum, & corpus est Christi.

Hæc ille episcopus: quæ uerbis Domini IESV non repugnāt, Hoc facite in meā cōmemorationē: & uerbis Apostoli, quæ posuit in epistola priori ad Corinthios, 10. cap. Panis quē frāgimus, nō ne participatio corporis Domini est? & reliqua. Si ergo sese, & mysteria corporis & sanguinis Domini continuissent Papistici intra fines illos à filio Dei præstitutos, nunq; ista enormis prophanatio sacramentorū, & totius Christianæ religionis & doctrinæ, & ecclesiæ labefactatio inuallisset. Domine IESV Christe, qui es unica lux mundi, unicus magister ueritatis, uia, ueritas & uita, respice popu-

LIBER TERTIVS.

ce populū tuum, quem tuo sanguine precioso redemi-
sti: & aperi oculos ac mentes principū ecclesiæ, & om-
nium hominum, ut ueritatē clarissimam liquidē cer-
nant, & amplectantur: ut sacra per te sapientissimē ad
mortalium salutem instituta, non ad iudiciū & dam-
nationem usurpent, sed pia grataq; memoria salutife-
ram passionē tuam repetētes, fide penitus tibi soli in-
hæreant: & charitate mutuū deuincti, sanctificent
nomen tuum in terris: & accipiant regnū illud tuum,
cuius heredes in nouo testamēto instituisti, quotquot
credunt Euangelio tuo salutifero.

MISSA GREGORII PAPAE

Romani.

QVanta & quā indecora sit mysteriorū ignora-
tio apud Christianos, & quidem apud ecclesia-
sticos uiros, multis argumentis patet nimiū. Proinde
ueniam mihi dari cupio, si non exactē omnia Papisti-
cæ ecclesiæ sacramenta resero in hisce libellis: quod
pauci facere possent, qui locum etiā primariū tenent
in ea Romana ecclesia. Proferā tamen nonnulla ex i-
psorum adytis, dum liceat perfectiora exhibere, tum
de catholicorum & orthodoxorum eucharistia, tum
etiā de missa papæ & ecclesiæ Romanæ meritoria
& mercenaria.

Fuit equidem summæ authoritatis & uenerationis
liber in urbe & ecclesia Tigurina transcriptus Romæ,
ex bibliothecæ cubiculi exemplaribus: cuius etiā
meminit uenerādis antistes ecclesiæ Tigurinæ Henri-
chus Bullingerus, in libro de Origine erroris circa Do-
mini cœnam, & missam papisticam. Et is Gregoria-
num officium literis etiā aureis ita pingit: In nomi-
ne Domini incipit liber sacramentorū de circulo an-
ni, expositus à sancto Gregorio papa Romano, edi-
tus, ex authentico libro bibliothecæ cubiculi scriptus:
qualiter missa Romana celebratur.

*Codex authen-
ticus missæ Gre-
gorianæ.*

Hoc

Partes missæ
pauciores, quam
nunc habeat.
Varius missarū
modus.

Missæ paschalis.

Præparatio ad
missam. Præsup
ponitur autem,
quod sacerdos
horas canonicas
dixerit, & alijs
modis non sit ir
regularis, & in
competens.

Durandus lib. 3.
Grati. dist. 1.
Platina, testan
tur, quod Stepha
nus Papa sacras
vestes adhibuit.
257. Syluester
primus Dalma
ticā sumpsit. Du
randus. 315. De
Iacobo igitur a
stolo nugantur.
a Ephoth אֶפְתָּח

Hoc est in primis introitus, qualis fuerit statutis tē
poribus, seu diebus festis. Deinde kyrie eleeson. Item
dicitur, Gloria in excelsis Deo, si episcopus fuerit, tan
tummodo die dominico. A presbyteris autem mini
mè dicitur, nisi solo in pascha. Quando uerò Letania
agitur, neq; Gloria in excelsis Deo, neq; Alleluia ca
nitur. Postmodum dicitur oratio. Deinde sequitur a
postolus. item Graduale, seu Alleluia. Postmodum le
gitur Euangelium. Deinde Offertorium, & oratio su
per oblata. Deinde dicit excelsa uoce, Per omnia secu
la seculorum, Amen. Et reliqua.

Sed operæ precium fuerit, missam Romanam, siue
cœnam Domini appellari oportet, siue ientaculum sa
cerdotum Papisticorum, ab ouo usq; ad mala propo
nere. Deligam uerò ex maxima turba missarum, non
pessimam, sed optimam, quæ Dominico die Pascha
tis celebrari solet.

Post kalendarium ergo Romanum, liber ille pro
mittens diui Gregorij missam, habet. Oratio sacerdo
tis: & sub illis notis, per quas intelligo preces uel psal
mos, ponit: Quam dilecta: Benedixisti: Inclina: Cre
didi. Sunt autem initia psalmorum 83. 84. 85. 115. Vide
tur autem unius psalmi deesse initium. Quia Cœlesti
nus ordinauit, ut psalmi quinque dicantur, & oratio
nes, dum uestitur sacerdos.

VESTITVS SACERDOTIS MIS
sam celebrantis.

Principiò igitur explicandus esse uidetur missati
tius ornatus: cuius significationes arcanas docet Du
randus, & Rabanus, & alij. Hieronymus uerò Aha
ronicum ornatum exposuit Fabiolæ matronæ Roma
næ: unde missatitium ornatū illi etiā uident accepisse.

^a Ad Ephod.

Humeros meos & pectus meum spiritus sancti
protege

Ebraicum est nomen: quod arguit Iudaicam originem uestitus missatij.

LIBER TERTIVS.

protege Domine, renesq; meos uitijs omnibus expul-
sis præcinge, tibi ad sacrificandū, Deo uiuenti in secu-
la seculorum, Amen.

Ad † albam.

Indue me Domine uestimento salutis, & circunda
me lorica fortitudinis. Amen.

Ad zonam.

Circumcinge lūbos meos Domine zona iustitiæ,
& circumcide uitia cordis & corporis mei. Amen.

Ad stolam.

Stola iustitiæ circumda Domine ceruicē meam, &
ab omni corruptiōe peccati purifica meā mentē. Amē.

Ad casulam.

Indue me Domine ornamento humilitatis, chari-
tatis ac pacis: ut undiq; munitus uirtutibus, possim
resistere uitijs, & hostib. mentis & corporis, per te I E
S V Christe. Amen.

Ad phanonem.

Da mihi Domine sensum rectum, & uocem pu-
ram, ut implere possim laudem tuam, Quod ipse præ-
stare, &c.

Oratio ante altare.

Ante conspectum diuinæ maiestatis tuæ reus assi-
sto, qui inuocare nomen tuum sanctū præsumo. Mise-
rere mihi Domine, homini peccatori, ignosce indi-
gno sacerdoti, per cuius manus hæc oblatio uidetur
offerri: parce peccatorum labe præ cæteris capitalium
† polluto, & non intres in iudicium cum seruo tuo,
quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuēs.
Scilicet uitijs ac uoluntatibus carnis aggrauati sumus.
Recordare Domine, quòd caro sumus. In tuo conspe-
ctu etiam cœli non sunt mundi: quanto magis nos ho-
mines terreni immundi, sicut pannus menstruatae in-
digni sumus Iesu Christe, ut simus uiuentes. Sed tu,
qui non uis mortem peccatoris, da nobis ueniam in

l carne

† Ea fortasse re-
presentat lineā
tunicam.

Balibeus, abner,
est in uestitu A-
aronico.

Haud scio an las-
xam & talarē
uestē represen-
tet, Meil dictā.

Pallium est pa-
storale.

Germani uan,
uel fan appellāt,
manipulum istū.
Itaq; dubito, cu-
ius linguæ uerbū
sit phano.

Confessionē or-
dinauit Cœlesti-
nus papa. 426.
Durandus. Pla-
tina.

Nos autem ca-
tholici habemus
Christum ab o-
mni labe immu-
nem.

EX Iob, et Esaiā.

DE MISSA PAPISTICA
carne constitutis, ut per poenitentiae labores uitam æternam perfruamur in coelis. Per Christ.

Oratio pro semetipso.

In tali patrono
& intercessore
& aduocato pa-
rum esset spei.

Suscipe confessionem meam unica spes salutis meae Domine Deus meus. Gula, ebrietate, fornicatione, libidine, tristitia, acedia, somnolentia, ira, cupiditate, inuidia, malicia, odio, detractio, periurio, falsitate, mendacio, uana gloria, leuitate, ac superbia perditus sum: & omnino cogitatione, locutione, actione, atque omnibus sensibus extinctus sum. Qui iustificas impios, & uiuificas mortuos, iustifica me, & resuscita me Domine Deus meus.

Caelestini inuenti, 426. Gregorius tamen aliquid nouauit 590. Compositus est introitus ille ex ps. 138.

Introitus.

Resurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia. Posuisti super me manum tuam, alleluia. Mirabilis facta est scientia tua: alleluia, alleluia.

Versus: Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: sicut erat in principio, nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Resurrexi: repetitur introitus.

kyrie eleeson. Christe eleeson.

Syluester à Graecis accepit, 315. Ut nouies à clero dicatur alta uoce, instituit Gregor. 590.

Telephorus papa adiecit. 138. Laudamus te, et reliqua Hilarius addidit 464. Aliqui tamen dubitant de authore.

Carmen angelicum.

Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Hymnum dicimus tibi. Gratias agimus tibi propter gloriam tuam magnam. Domine Deus rex caelestis, Deus pater omnipotens: Domine fili unigenite, IESU Christe altissime. Domine Deus, agnus Dei, filius patris: qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus: tu solus Dominus:

83
 nus: tu solus altissimus, IESV Christe: cum sancto spi-
 ritu, in gloria Dei patris: Amen.

Oratio.

Deus qui hodierna die per unigenitū tum æterni-
 tatis nobis aditū de uicta morte reſerasti, uota nostra
 quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuādo proſeque-
 re: Per eundem Dominum, & cæt.

Lectio beati Pauli apostoli ad Corinthios. 1. Corinth. 5.

Fratres expurgate uetus fermentum, ut sitis noua
 conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum
 immolatus est Christus. Itaq; epulemur nō in fermen-
 to ueteri, neq; in fermento maliciæ & nequiciæ: sed in
 azymis synceritatis, & ueritatis.

^a Graduale.

Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lete-
 mur in ea. Versus: Confitemini Domino, quoniā
 bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Alleuia.

^b Vers. Pascha nostrū immolatus est Christus. Vers.
 Epulemur in azymis synceritatis & ueritatis. Allel.

^c Sequentia.

Sequentiam, ut uocant, missa Gregoriana non ha-
 bet, quam Nicolaus secundus papa cantari decreuit.
 Est autem eius initium in hac missa: Laudes Saluatori
 uoce modulemur supplici.

^d Lectio sancti euangelij secundum Marcum, cap. 16.

In illo tēpore, Maria Magdalene: & reliqua deinde
 usq; ad hæc uerba: Ibi eum uidebitis, sicut dixit uobis.

Symbolum.

Tametsi non ponitur in enumeratione partiū Gre-
 gorianæ missæ symbolum, tamē in missali ponitur, &
 uidetur à scribis omissum. Nam Damasus pontifex
 Romanus instituit, ut symbolum acceptum ē synodo
 Nicēna clara uoce caneretur. Quod sic habet:

Credo in unū Deum, patrē omnipotentē, factorem

1 2 coeli

Hæc est oratio

super populum,

ut in missali

Greg. uocari so-

let. Ponitur hæc

oratio, & c. in

Ger. missalibus.

Quis primò lecti-

ones addiderit

apostolicas &

euāgelicas, Durā-

us ait incertū.

Hieronymus autē

ordinasse tradi-

tur, iubete Papa

Damaso. 370.

a Gradualia or-

dinauit Ambro-

sus, 350. Grego-

rius tamen ali-

quid nouauit.

Hoc uerò cōposi-

tū est ex ps. 117.

b Greg. 590. re-

stituit potius

quā inuenit.

Ex 1. Corinth. 5.

c 1060 anno pa-

pa Nicol. con-

firmauit.

d De lectione Eo-

uangelica, ut de

apostolica, iam

dixi.

Ex Nicæno cōci-

lio 326. Damasus

tamē clarē uolu-

it recitari 370.

coeli & terræ, uisibilem omnium, & inuisibilem. Et in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, consubstantialē patri. Et reliqua.

Sunt qui ad Eustychianū papā referant, 276. Hoc ex psal. 75.

Gregorius orationes & collectas ordinauit, 590. Quamquam non desunt etiam missæ Ambrosianæ.

Gelasius Papa ordinauit, 492.

^a Codex cōst. no. Ete, uel die.
^b Alij codices habent: Et ideo cum angelis & archangelis, cū thronis et dominationibus, cumq; omni militia cœlestis exercitus, hymnū gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes.

Sixtus apposuit ex cap. 6. Esaiæ, & Psal. 117. anno 128.

Offertorium.

Terra tremuit, & quieuit, dū resurgeret in iudicio Deus: alleluia. Alij codices addunt hic preces, & thurificationem.

Secreta.

Suscipe Domine quesumus preces populi tui, cum oblationibus hostiarum, ut paschalibus initiatæ mysterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiant. Per, &c.

Præfatio: dicatur excelsa uoce.

Per omnia secula seculorum. Respons. Amen. Dominus uobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Resp. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Resp. Dignū & iustū est. Verè dignum & iustum est, æquum & salutare. Te quidem Domine omni tempore, sed in hac potissimū^a die gloriosius prædicare, cum pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim uerus est agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, & uitā resurgēdo reparauit.^b Per quem maiestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cœli cœlorumq; uirtutes, ac beata seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras uoces ut admitti iubeas, deprecamur supplici confessione dicentes.

Trisagion.

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth. Pleni sunt cœli & terræ gloria tua: Osanna in excelsis. Benedictus qui uenit in nomine Domini, Osanna in excelsis.

Canon.

Canon.

Te igitur clementissime pater per IESVM Christū filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus, & petimus, uti accepta habeas, & benedicas hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia illibata: in primis quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adiuuare, & regere digneris toto orbe terrarū, unā cum famulo tuo Papa nostro. *

Memento Domine famulorum famularumq; tuarum, ^a & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio: qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisq; omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ tibi reddūt uota sua eterno Deo uiuo & uero.

^b Cōmunicantes, & diem sacratissimū celebrantes resurrectionis Domini nostri IESV Christi secundum carnem: sed & memoriā uenerantes in primis gloriose semper uirginis Mariæ genitricis eiusdē ^c Domini nostri Iesu Christi: sed & beatorum apostolorum ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddei, Lini, Cleti, Clementis, ^d Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Iohannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum, Quorum meritis precibusq; concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio: ^e Per Christum Dominum nostrum.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & spiritu sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus Domine, ut placatus accipias, diesq; nostros mutua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas gre-

l 3

ge

Hic imago picta Christi crucifixi.

Paulo ante Gregorium Scholasticus quidam canonem conscripsit. Hanc partē uerò tribuūt Gelasio. 492.

* Alij codices addunt: Et antistite nostro N. & rege nostro N. & omnibus orthodoxis atq; catholicæ & apostolicæ fidei cultoribus.

^a Alij addunt N. Memoriā uiuorum. Et post Deuotio: Pro quibus tibi offerimus, uel qui, etc.

^b Hæc posuit Syricus papa, 386.

^c Alij addunt, Dei &.

^d Alij, Sixti.

^e Alij, per eundē Christ.

Id Leo papa adiecit 440. Gregorius, Inclinate.

Diesq; & cat. Tres precatōes adiecit Gregorius, 590.

Gestus, eleua te.

ge numerari, per Christum Dominum nostrum.

Gestus, leua brachia & manus in altum.

Quam oblationē, tu Deus in omnibus quaesumus bene & dictam, adf & criptam, ra & tā, rationabilem, acceptabilemque facere digneris. Vt nobis cor & pus & sang & uis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Alexāder papa haec adiecit, 122. usq; ad uerba Domini, Hoc est corpus.

** Dom. alij, Deum.*

Verba solennia coena. Et is fuit canon, uel missa ante Alexandrum papam.

Gestus. Hic extē de brachia in modum crucis.

Alias, eiusdem Christi.

Sanctum sacrif. etiam Leo adiecit. 440.

Gestus. Inclina te cancellatis manibus.

Qui pridie quam pateretur, accepit panē in sanctas ac uenerabiles manus suas, & eleuatis oculis in cœlum ad te * Dominum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens: Bene & dixit, fregit, dedit discipulis suis dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. Simili modo postquam coenatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas, item tibi gratias agens, bene & dixit, dedit discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes: Hic est enim calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

Vnde & memores Domine nos tui serui, sed & plebs tua sancta * Christi filij tui Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, nec nō & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus præclarę maiestati tuæ de tuis donis ac datis, hostiam & puram, hostiam & sanctam, hostiam & immaculatam, panem san & ctum uitæ æternæ, & & calicem salutis perpetuæ. Supra quæ propitio ac sereno uultu respicere digneris, & accepta habere, sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahamæ: & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedek sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare

re

LIBER TERTIVS: 67

retuum, in cōspectu diuinæ maiestatis tuæ. Ut quot-
quot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij
tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedi-
ctione cœlesti & gratia repleantur. Per eundem Chri-
stum Dominum nostrum.

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis de multi-
tudine miserationum tuarum sperantibus, partem ali-
quam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis
apostolis & martyribus, cū Iohanne, Stephano, Mat-
thia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro,
Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, * Agna, Cæcilia,
Anastasia, & cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum
nos consortium nō æstimator meriti, sed ueniæ qua-
sumus largitor admitte: Per Christū Dominū nostrū.

Per quem hæc omnia Domine semper bona creas,
sanctificas, uiuificas, bene dicis, & præstas no-
bis. Per ipsum, & cū ipso, & in ipso est tibi Deo patri
omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor &
gloria: per omnia secula seculorum, Amen.

Pax Domini sit semper uobiscum, Resp. Et cum
spiritu tuo.

Oremus.

Præceptis salutarib. moniti, & diuina institutione
formati, audemus dicere: Pater noster qui es in cœlis,
& reliqua, usq; Sed libera nos à malo, Amen.

^a Libera nos quæsumus Domine ab omnib. malis
præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente bea-
ta & gloriosa semper uirgine Dei genitrice Maria, &
beatis apostolis tuis Petro & Paulo, atq; Andrea cum
omnibus sanctis, da propitiis^b pacē in dieb. nostris,
ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato semper si-
mus liberi, & ab omni * perturbatione securi. ^d Per
Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum,
qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti,
Deus per omnia secula seculorum: Amen.

Ora-

Alt. Deosculas
re altare.

Hic memoriam
mortuorum alij
inserunt: quã di-
cunt Pelagiū pa-
pam inseruisse.
557. Ea ponitur
etiã in Ambros.

Agnete, alij.

Hic datur oscu-
lum pacis ex Ine-
nocenti papæ in-
stituto. 406.

Præfationem
hanc Gregorius
ordinauit, utq;
precatio domi-
nica super hostia
dicatur. 590.

^a Aly gestum no-
tant, Accipe pa-
tenam.

^b Pacem: Oscu-
lare patenam.

* Perturb. Si-
gna te cum pa-
tena.

^d Per. Diuide
hostiam in tres
partes.

Oratio, antequam sacramenta incipientur, dicenda.

Post pax Domini, &c. alij habent: Fiat cōmixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, ad remediū sempiternum accipientibus nobis in uitam eternam. Amen.

Facturus memoriam salutaris hostiæ totius mūdi, cum illius dignitatem, & meam intueor fœditatem, conscientia torqueor peccatorū. Verū quia tu Deus multum misericors es, imploro, ut digneris mihi dare spiritum contribulatū, quòd tibi gratum sacrificium reuelasti: ut eo purificatus, uitali hostiæ pias manus admoueam, quæ omnia peccata mea aboleat, & ea deinceps in perpetuum uitandi mihi cautelam infundat, omnibusq; pro quibus tibi offertur, præsentis uitæ & futuræ salutis commercia largiatur: Per Dominum nostrum, &c.

Sergius papa instituit, ut in fractione hostiæ dicatur, 690. Igitur Gregorij hoc esse non potest.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, & reliqua, ut superius. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Oratio ad offerendum communis.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offero in memoriam incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri IESU Christi, & in honorem omnium sanctorum, qui tibi ab initio placuerunt, & eorum quorum hic nomina & reliquiæ habentur: ut illis proficiat ad honorē, nobis nobis autem ad salutem: ut illi omnes pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris, per Christum: & reliqua.

Oblatio pro semetipso:

Alij codices diuersam habent oblationem, cum tali gestu: Inclina te ad altare.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offero pro me peccatore, & misero omnium hominum, pro meis peccatis innumerabilibus, quibus peccaui coram te, in dictis, in factis, in cogitationibus: ut præterita mihi dimittas, & de futuris me custodias, pro sanitate corporis & animæ meæ, pro gratiarum actione de tuis bonis, quibus quotidie utor. Quid retribuam Domino? Calicem salutaris accipiam: Laudans inuocabo. Est alia etiā oratio adiecta eiusdē sententiæ.

Oratio

Oratio ad eucharistiæ perceptionem.

Domine IESV Christe, fili Dei uiui, qui ex patre, co-
operante spiritu sancto per mortem tuam mundum ui-
uificasti, libera me per hoc sacrum corpus, & sangui-
nem tuum, * à cunctis iniquitatibus & uniuersis ma-
lis meis: & fac me tuis obedire præceptis, & à te nun-
quam separari * digneris.

Dum corpus dominicum sacerdos dat, dicat:

Corpus Domini IESV Christi, custodiat te ad ui-
tam æternam. Amen.

Accipiens dicat:

Panē celestē accipiam, & nomē Domini inuocabo.

^a Item sacerdos calicem dando dicat:

Sāguis Domini nostri Iesu Christi custodiat te ad ui-
tam æternam: Amen.

^b Accipiens dicat:

Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini
inuocabo.

Quando calix offertur.

Quid tribuam Domino, pro omnibus quæ retri-
buit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Do-
mini † inuocabo. Offerimus tibi Domine calicem salu-
taris, & deprecamur clementiam tuam: ut in conspe-
ctu diuinæ maiestatis tuæ, cum odore suauitatis ascen-
dat, & munera tibi dicata sanctifica, nosq; à peccatorū
nostrorum maculis emūda. Sanctifica Domine hanc
oblationem, ut nobis unigeniti filij tui Domini nostri
Iesu Christi corpus fiat.

Ad sanguinem.

Sanctifica hunc calicem, ut nobis unigeniti filij tui
Domini Iesu Christi sanguis fiat. Qui tecū uiuit, &c.

Communio in alijs libris missalibus talis ponitur.

Pascha nostrū immolatus est Christus, alleluia: Ita-
que epulemur in azymis synceritatis & ueritatis, alle-
luia, alleluia, alleluia.

Alij, Inclinans
dic hanc oratio-
nem, antequam
communices.

A' cunct. Alij,
ab omnibus ini-
quit. meis.

Alij, digneris nō
habent: & ad-
dūt, qui uiuis et
regnas, &c.

Alij: Antequam
corpus in ma-
nus accipis ad su-
mendum dic. Et
addūt: Domine
nō sum dignus,
&c.

^a Alij, nō habēt.
^b Alij: Cum cali-
cem leuas ad su-
mendum.

Alij, post inuo-
cabo, Laudans
inuocabo Domi-
num, & ab ini-
micis meis sal-
uus ero. Sāguis
Domini nostri
Iesu Christi pro-
ficiat uobis in ui-
tam æternam.

Ad benedictio-
nē uel sanctifi-
cationē hęc per-
tinere uidētur.

Comunionem
adhibuit Sergio
us papa, 690.

m

Ad

Ad complendam.

Et hanc Sergius
apposuit, nō Gre-
gorius. 690.
Alij ponunt ora-
tiones plures,
postquam com-
municasti.

Spiritum nobis Domine tuæ charitatis infunde: ut
quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pieta-
te concordēs. Per unī. eiusdem.

Post missam finitam, altari osculato, ita dicitur. Alij ad-
dunt, data benedictione, &c.

Alij addūt, Sit ti-
bi placēs, mibiq;
propiti. in uitam
æternam.

Placeat tibi sãc̃ta trinitas Deus obsequiũ hoc seruitu-
tis meæ, & presta, ut sacrificiũ q̃d oculis tuę maiestatis
indignus obtuli, & mihi & omnib. pro quib. illud obtu-
li, te miserante sit propitiabile. Per Dominum, &c.

Sequit̃ in alijs libris, Initiũ euãgelij secundũ Ioannẽ.

Verf. Sit nomen Domini benedictum.

Resp. Ex hoc nunc & usque in seculum.

Oratio secreta, antequam accedat ad altare.

Et hæ orationes
abludunt à Gre-
gorianis.

Rogo te altissime Deus sabaoth, pater sancte, ut
me tunica castitatis digneris accingere, & lūbos meos
baltheo tui amoris & timoris ambire, & renes cordis
mei tuę charitatis igne urere: ut pro peccatis meis pos-
sim intercedere, & adstantib. ueniã peccatorũ prome-
reri, & pacificas singulorum hostias immolare.

Deinde accedat ad altare, dicens secretè:

Me quoque audacter ad tuum sanctum altare acce-
dentem non finas perire, sed dignare lauare, orare,
& clementer suscipere: Per Christum Dominum no-
strum. Amen.

Hic signet se, & altare illud osculetur, deinde exosculetur cru-
cifixum missalis, & dicat ingressam, quæ est princi-
pium missæ: Ingressa.

Ingressam uocat
introitum. Estq;
similis Gregoria
no. Quamquam
Cælestinus post
Ambrosiũ com-
posuisse dicitur.
Alia est in Greg.

Resurrexi, & adhuc tecum sum, alleluia. Posuisti su-
per me manum tuam, alleluia. Mirabilis facta est sci-
entia tua, alleluia, alleluia.

Postea salutet populum dicendo:

Dominus uobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio super populum.

Deus, qui ad æternã uitam in Christi resurrectione
nos

LIBER TERTIVS.

nos reparas, da populo tuo fidei speiꝫ constantiam: ut non dubitemus implenda, quæ te nouimus auctore promissa: Per eundem.

Lectio Actuum apostolorum.

Primum quidem sermonem, usqꝫ, Accipietis uirtutem superuenientis in uos spiritus sancti.

Hanc non habet officium Gregorianum.

Psalmus.

Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. Vers. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Graduale hoc ponit Greg. post lectionem apostoli.

Gloria in excelsis Deo, & reliqua: ut in officio Gregoriano. Et subiicitur kyrie. kyrie. kyrie eleeson. Et semper dicitur dieb. Dominicis & festiuis: saluo in aduentu & quadragesima.

Kyrie eleeson præcedit in Gregoriano.

Ad Corinthios prima, cap. XV.

Fratres, tradidi uobis in primis, quod accepi. Quoniam Christus mortuus est. usqꝫ, Et gratia eius egenam in me non fuit.

Alia est lectio Greg.

Alleluia.

Pascha nostrum immolatus est agnus, qui est Christus Dominus: Ipse est Deus noster.

Vt in Gregor.

Antiphona ante euangelium.

Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis angeli eius. Quia hodie resurrexit Dominus, & redemit populum suum, alleluia alleuia.

Antiphonas Gelasius papa composuisse dicitur, qui post Ambrosium uixit.

Sequitur, Dominus uobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Sequentia deest, ut in Greg.

Euang. secundum Iohannem cap. XX.

In illo tempore, Maria stabat ad monumentum: usqꝫ ad illa uerba, Quia uidi Dominum, & hæc dixit mihi.

Alia est lectio euang. in Greg.

Post euangelium.

Dicant qui redempti sunt à Domino, alleluia: quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos, alleluia.

Et hæc pars deest missæ Gregorianæ.

Post euangelium diaconus dicat:

Pacem habete, Chorus, Ad te Domine.

Et hoc non est in Gregor.



MISSA ECCLESIAE MEDIOLANENSIS,
 quod Officium uocant Ambrosianum, in die
 resurrectionis Dominicae.

Missale, quo utitur ecclesia Mediolanensis, non esse totum à diuo Ambrosio compositum, sed multa esse addita ab alijs, patet multis argumentis: quod etiã officio Gregoriano contigit. Transcribam tamen bona fide missam in die resurrectionis Dominicae usitatam, ut in codice uulgato legitur: & quidem in ecclesia maiori Mediolani frequentatam. Nam alia est in ecclesia minori pro baptizatis.

Orationes dicendae, quando sacerdos preparatur ad missam celebrandam.

Primò quando ponit t̄ camixium. Fortè camisiam.

Apparatus ad missam, discrepat nonnihil à Gregoriano.

Indue me Domine uestimento salutis, & tunica iustitiae me ambire dignare: Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad ponendum cingulum.

Præcinge Domine cingulum fidei, & uirtute castitatis lumbos cordis & corporis mei, & extingue in eis humorem libidinis, ut iugiter maneat in eis uigor castitatis.

Ad amicum (fortè amictum) induendum.

Pone Domine in capite meo galeam salutis, ad expugnandas diaboli fraudes: Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Ad manipulum:

Da Domine manipulum in manib. meis, ad extirpandas cordis & corporis mei sordes: ut sine pollutione iugiter tibi Domino merear seruire. Per Chr. &c.

Ad stolam.

Stola Domine iustitiae circunda ceruicem meam, & à corruptione peccati meam purifica mentem: Per Christum.

Ad

Ad planetam.

Indue me Domine ornamento humilitatis, charitatis, & castitatis, & concede mihi protectorem contra hostem insidiatorem: ut ualeam tibi puro corde ministrare, & casto corpore laudare nomē tuum sanctū, & gloriosū: qui es benedictus in secula seculorū, Amē.

Paratus faciat confessionem in hunc modum:

In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Introibo ad altare Dei. Respō. Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Confitemini Domino, quoniā bonus. Resp. Quoniam in seculum misericordia eius.

Confiteor Deo patri omnipotenti, beatæ Mariæ semper uirgini, beato Michaeli archangelo, beato Iohanni baptistæ, sanctis apostolis Petro & Paulo, beato Ambrosio cōfessori, & omnibus sanctis. Quia peccauī nimis cogitatione, omīssione, consensu, uerbo, & opere, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam & gloriosam semperq; uirginem Dei genitricem Mariam, beatum Michaelē archangelum, beatum Iohannem baptistam, sanctos apostolos Petrum & Paulum, beatum Ambrosium confessorem, omnes sanctos & sanctas Dei, & uos circumstantes, orare pro me Dominum Deum nostrum. Respons. Amē, Deo gratias, Deo gratias.

Item sacerdos dicit: Deo gratias: Misereatur nostri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis nostris, perducatur nos ad uitam æternam. Resp. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum nostrorum, per gratiam sancti spiritus, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. Resp. Amen. Versus: Adiutorium nostrum in nomine Domini. Respons. Qui fecit cœlum & terrā.

Super syndonem.

Deus, qui per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, erige ad te fidelium corda,

m 3

da,

Spargitur ante missam & post missam aqua benedicta in populum. Quod instituit Alexander papa.

Confessio discrepat à Gregoriana.

Mirū est, si beatus Ambrosius sibi cū alijs sanctis cōfessus est. Istam mortuorum inuocationē tempore Ambrosij nō fuisse, liquet ex historijs.

Missale Gregorianū precatōnes ponit super syndonē et oblata: quæ tamen prætermisse hic sunt.

da, ut à terrenis cupiditatibus liberati, ad cœlestia desideria transeamus. Per, &c.

Super oblata.

Quæsumus Domine, ut iam nō teneamur obnoxij damnationis humanæ sententiæ: cuius nos uinculis hæc hostia paschalis absoluat. Per, &c.

*Post offertorium
dictum missa Ro-
mana tractat
hostiam & ca-
licem cum cer-
tis preculis.*

Ad ponendum uinum in calice.

De latere Christi exiuit sanguis ✠ In nomine patris ✠ & filij ✠ & spiritus sancti. Amen.

Ad ponendum aquam in calice.

De latere Christi exiuit sanguis & aqua pariter ✠ In nomine patris, &c.

Item ad offerendam hostiam.

Suscipe clementissime pater hunc panē sanctū, ut fiat unigeniti tui corpus, ✠ In nomine patris, &c.

Ad offerendum uinum & aquam.

Suscipe sancta trinitas hunc calicem uino & aqua mixtum, ut fiat unigeniti tui sanguis: In nomine patris, & cæt.

Orationes, ad munus oblatum. prima pro seipso, iunctis manibus ante oblatam, inclinando se aliquantulum.

Omnipotens sempiterne Deus, placabilis & acceptabilis sit tibi hæc oblatio, quam ego indignus pro me misero peccatore, & pro delictis meis innumerabilibus tuæ pietati offero: ut ueniam & remissionem omnium peccatorum meorum mihi concedas, & iniquitates meas ne respexeris, sed sola tua misericordia mihi prosit indigno. Per, &c.

Oratio pro uniuersis fidelibus Christianis, & benefactoribus nostris, omnino necessaria quotidie.

Et suscipe sancta trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus pro regimine & custodia, atque unitate catholice fidei, pro ueneratione quoque beatæ Dei
geni-

genitricis Mariæ, omniumq; simul sanctorum tuorum, & pro salute & incolumitate famulorum famularumq; tuarum N. & omnium pro quibus clementiam tuam implorare polliciti sumus, & quorum quarumq; elemosynas accepimus, & omnium fidelium Christianorum tam uiuorum, quam & defunctorum; ut te miserante remissionem omnium peccatorum, & æternæ beatitudinis præmia in tuis laudibus fideliter perseverando percipere mereantur, ad gloriam & honorē nominis tui Deus misericordissime rerum conditor: Per, &c.

Ad incensandum oblatam.

Primò dicat ponendo incensum in thuribulo, istud est incensum contra insidias diaboli firmamentum.

Secundò signando oblatam dicat: ✠ In nomine patris, ✠ & filij, ✠ & spiritus sancti.

Deinde in circuitu oblatiōis, & incensando crucē & crucifixum, & circa altare à parte anteriori dicat: Incensum istud à te benedictum ✠ ascendat ad te Domine, & de ✠ scendat super nos misericordia tua.

Cū incensat, dicat: Dirigatur Domine oratio nostra, sicut incensum, in cōspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis.

Postea reddendo thuribulum ministro, dicat: Ascendat in nobis Dominus ignem sui amoris, & flammam charitatis æternæ. Amen.

Postea minister incensando dicat: Ecce odor sanctorum Dei, tanquam odor agri pleni, quem benedixit Deus. Resp. Deo gratias.

Deinde sacerdos dicat offertorium.

Angelus Domini descendit de cælo, & dixit mulieribus: Quem queritis? surrexit, sicut dixit, alleluia.

Verf. 1. Euntes dicite discipulis eius: Ecce præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis, sicut, &c.

Verf.

Deinde incensum et thurificationem ponit, quæ Leo tertius de-
num adhibuit.
796.

Ex ps. 140.

Ex Genes. 27.

Matth. 28.

Ioan. 20.

Verf. 2. Iesus stetit in medio eorū, & dixit eis: Pax vobis; uidete, quia ipse ego sum. Sicut.

Postea, Dominus uobiscum.

Sequitur symbolum, quod semper dicitur, quando fit de dominica, uel de festo, & sabbatho in traditione symboli. Est idem, quod in missa Gregoriana.

Prephacia. Potius Præfatio.

Post orationem super oblatam sacerdos dicit: Dominus uobiscum, Sursum corda. Gratias agamus Domino Deo nostro. Verè quia dignum & iustum est, æquum & salutare.

Præfatio in festo Paschatis.

Alia quàm Gregoriana præfatio. Hæc non patriciantur meritorie & mercenaria missæ.

Nos tibi sancte Deus omnipotens gratias agere, nos deuotas laudes referre. Pater in clyte, omnium auctor & cōditor. Quia cum Dominus esset maiestatis Iesus Christus filius tuus, ob liberationem humani generis crucem subire dignatus est. Quem dudum Abraham præfigurabat in filio, turba Mosaica immaculati agni immolatione signabat. Ipse est enim, quem sacra turba cecinerat prophetarum, qui omniū peccata portaret, aboleret & crimina. Hoc est illud pascha Christi nobilitatū cruore, in quo fidelis populus præcipua deuotione resultat. O mysterium gratia plenum. O ineffabile diuini muneris sacramentū. O solennitatum omnium honoranda solennitas: in qua ut seruos redimeret, mortalibus se præbuit occidendū. Quam utique beata mors, quæ mortis nodos resoluit. Iam nūc sentiat se Tartareus princeps attritum, & nos de profundis labe eductos, ad cœleste regnum conscendisse gratulemur.

Et hæc desunt officio Greg.

Et ideo cum angelis & archangelis, cum thronis ac dominationibus, cumq; omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fide dicentes. Vnde profusis gaudijs totus in orbe terrarū mundus exultat, Sed & supernæ uirtutes atq; angelicæ concinnunt

LIBER TERTIVS.

nunt potestates, hymnum gloriae tuae perpetim sine fine. Quem unâ tecum omnipotens pater, & cum spiritu sancto laudant angeli, uenerantur archangeli, throni, & cæt.

Sanctus, sanctus, sanctus: & reliqua, ut in Gregoriano officio.

Canon.

Te igitur clementissime pater, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Et reliqua, ut in Gregoriano officio, usque ad illum locum: Unâ cum famulo & sacerdote tuo pontifice nostro, sed & omnibus orthodoxis, atque catholica & apostolicae fidei cultoribus.

Si hæc Gelasius addidit, quomodo potuerit esse in officio Ambrosij? Ut in Rom. missali.

Secretè recitantur nomina uiuorû cõmendandorû.

Memento, & alia deinde, ut superius. Additur tamen ad illa, Qui tibi offerunt: uel, pro quibus tibi offerimus hoc sacrificium.

Infra canonem.

Communicantes, & diem sacratissimum celebrantes resurrectionis Domini nostri IESU Christi secundum carnem: sed & memoriam uenerantes. Et reliqua deinceps, ut superius: nisi quòd Linus & Cletus non recitantur in catalogo sanctorû, & pro Xysti uel Sixti uidetur poni Syfii. Præterea istorum fit mentio, Apollinaris, Vitalis, Nazarij, Celli, Protasij, Geruasij, Victoris, Naboris, Felicis, Kalimeri, Materni, Eustorgij, Dionysij, Ambrosij, Simpliciani, Martini, Eusebij, Hilarij, Iulij atque Benedicti. Hoc etiam uariat: pro semper, semperq;: pro eiusdem, Dei ac Domini: pro beatorum, beatissimorum.

Et hæc Syricius addidit post Ambrosium.

Sanctorû inuocatio diuersa.

Hic sacerdos superponit manus oblatæ, dicendo:

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiae tuæ, quæsumus Domine, ut placatus, &c.

Quam oblationem, quam pietati tuæ offerimus, tu Deus quæsumus bene & dicam, Et reliqua similiter,

Et hæc post mortem Ambrosij addita sunt.

Nonnihil discrepant superiora.

n usque

usq; ad illa: Que nobis corpus & sanguis fiat dilectis-
simi filij tui Dei ac Domini nostri Iesu Christi.

Deinde abluet digitos, dicendo:

*Hæc desunt offi-
cio Gregoriano.*

Lauabo inter innocentes manus meas, & circun-
dabo altare tuum Domine: Vt audiam uocem laudis
tuæ, & enarrem uniuersa mirabilia tua.

Hic eleuet manus in medio altaris, dicendo:

*Aliqua uerba di-
screpant.*

Qui pridie q̄ pro nostra & omniū salute pateretur.

Hic accipiat hostiam in manibus.

Accipiens panem eleuauit oculos ad cœlos ad te
Deum patrem suū omnipotentem, tibi gratias agens,
bene ✠ dixit, fregit, deditq; discipulis suis, dicens ad
eos: Accipite, & manducate ex hoc omnes: Hoc est
enim corpus meum.

Hic accipiat calicem, dicendo:

Simili modo postquam cœnatum est, accipiens ca-
licem eleuauit oculos ad cœlos ad te Deū patrē suum
omnipotentem, item tibi gratias agens ✠ benedixit,
tradiditq; discipulis suis, dicens ad eos: Accipite, &
bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sanguinis mei,
noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uo-
bis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū.

Postea dicuntur hæc uerba, eleuando calicem:

*Hæc desunt mis-
se Gregorianæ.*

Mandans quoq; & dicens ad eos: Hæc quotiescun-
que feceritis, in meam commemorationem facietis,
mortem meam prædicabitis, resurrectionem meam
annunciabitis, aduentum meum sperabitis, donec ite-
rum de cœlis ueniam ad uos.

Hic extendat brachia, dicendo:

Vnde & memores sumus Domine nos serui tui.
Et reliqua deinceps, ut superius. Omissum est tamē,
tam beatæ: & ita legitur, Domini nostri Iesu Christi
passionis. item, Hunc panem sanctum. Post, imma-
culatam hostiam, ponitur.

Hic

Hic inclinēt se, dicendo:

Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hęc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, ante conspectum tremendę maiestatis tuę.

Hic debet se erigere, & facere signum super altare, & osculari illud.

Vt quotquot ex hac altaris * sanctificatione sacro- * Pro sancti. ali
sanctum cor † pus & san † guinem Domini nostri Ie- bi, participatio-
su Christi sumpserimus, omni benedictione cęlesti ne. Deest, filij tui.
(hic se signet) & gratia repleamur. Per, &c.

Hic fit commemoratio defunctorum.

Memento etiā Domine famulorū famularumq; Hęc in missali-
tuarum N. qui nos precesserūt cum signo fidei, & dor- bus Romanis ha-
miunt in somno pacis: Iplis Domine, & omnibus in bentur.
Christo quiescentibus locum refrigerij lucis & pacis
ut indulgeas, deprecamur. Per Christum, &c.

Hic percutiat pectus suum, dicendo:

Nobis quoq; * minimis & peccatorib. famulis tuis, Minimis alij nō
de multitudine misericordię tuę sperantibus, partem habent.
aliquam & societatem donare digneris cū tuis sanctis
apostolis & martyribus, cum Iohāne, & Iohanne: Ste- Catalogus diuo-
phano, Andrea, Petro, Marcellino, Agne, Cęcilia, Fe rum alius.
licitate, Perpetua, Anastasia, Agatha, Euphemia, Lu-
cia, Iustina, Sabina, Tecla, Pelagia, atq; Catharina: &
cum omnibus sanctis tuis: Intra quorum nos confor-
tium non æstimator meriti, sed uenię quæsumus largi-
tor admitte. Per Christum, &c.

Per quem hęc omnia Domine semper bona creas
(hic signet sacrificiū) † sanctificas † uiuificas † benedicis,
& nobis famulis tuis largiter præstas ad augmentū fi-
dei, ad remissionē omnium peccatorū nostrorū (hic se
inclinēt dicēs) Et est tibi Deo patri omnipotēti (hic discope-
riat calicē, & accipiat hostiā consecratā, cum illa signando calicem)
ex † ipso, & per † ipsum, & in † ipso, omnis ho- Variat nōnihil.
nor, uirtus, laus & gloria (hic ponitur hostia in manu sinistra,
illam

illam signando cum patena) imperium ✠ perpetuitas ✠ & potestas ✠ in unitate spiritus sancti (hic eleuet uocē) per infinita secula seculorum. Resp. Amen.

Hic diuidit hostiam, ponens mediam partem ipsius super patenam.

Hæc desunt alibi. Corpus tuum frangitur Christe, calix benedicitur. Postea diuidendo aliam mediam partem, dicat: Sanguis tuus sit nobis semper ad uitam, & ad saluandas animas Deus noster.

Hæc in Ro. missalibus extant. Deinde ponendo partem mediæ partis in calice, dicat: Commixtio consecrati ✠ corporis ✠ & sanguinis Domini nostri IESU Christi, nobis edentibus & sumentibus proficiat ad uitam æternam, & gaudiū sempiternum.

Hic dicitur confractio, sicut in missa.

Hæc pars deest Greg. ut Graduale. Pascha nostrum immolatus est Christus, alleluia. Itaque epulemur in azymis synceritatis & ueritatis: alleluia, alleluia.

Oratio Dominica:

Si Gregorius hanc partem ordinauit, quomodo ponitur in missa illa? Diuino magisterio edocti, & salutaribus monitis instituti, audemus dicere. Pater noster: & reliqua, usque ad illum locum: Et ne nos inducas in tentationem. Libera nos quaesumus Domine. Ac pauca diuersa sunt: Ut & intercedente pro nobis beata Maria genitrice Dei ac Domini nostri Iesu Christi, & sanctis apostolis. Post Andream ponit: & beato Ambrosio confessore tuo atque pontifice, unà cum omnibus sanctis.

Post securi: Præsta per eum cum quo beatus uiuis & regnas Deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum.

Versus: Pax & communicatio Domini nostri Iesu Christi sit semper uobiscum.

Vers. Offerte uobis pacem,

Postea

Postea sacerdos secretè dicat hanc orationem: *faciens crucem*
super mensam altaris, & osculetur eam, &
crucifixum missalis.

Et hæc desunt
Gregoriano of-
ficio.

Pax in cœlo, pax in terra, pax in omni populo, pax
sacerdotibus ecclesiarum Dei. *Alia:*

Pax Christi & ecclesiæ maneat semper uobiscum.
Deinde det pacem ministro dicens: Habete uincu-
lum pacis & charitatis, ut apti sitis sacrosanctis myste-
rijs Dei. Resp. Amen.

Translatio.

Venite populi, sacrum immortale mysterium illiba-
tum agendum cum timore & fide accedamus mani-
bus mundis, pœnitentiæ munus cōmunicemus. Quo-
niam agnus Dei propter nos patri sacrificium propo-
situm est. Ipsum solum adoremus, ipsum glorificemus
cum angelis, clamantes alleluia, alleluia.

Hæc quoque
desunt.

Hæc oratio inclinatè dicitur, antequam accipiat cor-
pus Domini cum patena.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus,
da mihi hoc corpus Iesu Christi filij tui ita sumere, ut
non fiat mihi ad iudicium, sed ad remissionem om-
nium peccatorum meorum.

Aliter agit mis-
sa Gregoriana.

Alia oratio: Domine Iesu Christe, fili Dei uiui, qui
ex uoluntate patris, cooperante spiritu sancto, per mor-
tem tuam mundum uiuificasti, libera me per hoc t̄ san-
ctum corpus, & sanguinem tuum, ab omnibus iniqui-
tatibus meis, & uniuersis * malis, & à te nunquam se-
parari permittas. Qui uiuis, &c.

Est etiam in
Gregor.

Sæct. alij sacrū

Post malis, ad-
ditur alibi: Et
fac me tuis obe-
dire mandatis.

Ps. 115.

In actu accipiendi eucharistiam in manibus, dicat:

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retri-
buit mihi? Item: Panem cœlestem accipiam, & nomen
Domini inuocabo.

Alia oratio, dicenda ter percutiundo pectus, an-
tequam sumatur.

Domine non sum dignus, ut intres sub tectū meū:

n 3 sed

Verba centurio
nis, Matth. 8.
Luc. 7.
Paulo aliter
Gregor.

sed dic uerbo tuo, & saluabitur anima mea.

Postea in actu sumendi corpus Domini dicat: Corpus Domini Iesu Christi proficiat mihi sumenti, & omnibus pro quibus illud obtuli, ad uitam & gaudium sempiternum: Amen. Posteaumat eucharistiam.

Sumpta eucharistia, antequam accipiat calicem in manibus, inclinatus, dicat hanc orationem:

Deest in Greg.

Præsta quæso Domine, ut perceptio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, quem pro nobis dignatus es fundere, ab omni nos peccati macula purget, & ad uitam perducatur æternam. Per eundem, &c.

Deindeumat calicem in manibus, dicendo hos uersus: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

Alia est in Ro.
missa precatio.

Alia oratio. Corpus & sanguis Domini Iesu Christi, propitius sit mihi sumenti, & omnibus pro quibus illud obtuli, ad uitam & gaudium sempiternum. Per eundem.

Post receptionem corporis & sanguinis Domini, dicat sacerdos uersus istos: Deo gratias, Deo gratias.

Post receptionem corporis & sanguinis Domini, dicat sacerdos uersus istos: Deo gratias, Deo gratias.

Accepta Christi munera sumamus Dei gratia non ad iudicium, sed ad saluandas animas Deus noster.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Gloria patri, &c. Sicut erat, & cæt. Agnus Dei, & cæt. Suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dextram patris. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Post communionem.

Perpetuo Deus ecclesiam tuam pio favore tuere, ut paschalibus resuscitata mysterijs, ad resurrectionis perueniat charitatem. Per, &c.

Aliqui libri Ro.
ut de munere tẽ
porali fiat, &c.

Alia oratio: Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: * ut de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi fiat nobis remedium sempiternum. Per, &c. in nobis, & dona ecclesie tuæ perpetuam tranquillitatem

quillitatē & pacem. Est & alia oratio: Cōfirma hoc
Deus, quod operatus es.

Hæc oratio dicitur, antequam detur benedictio.

Placeat tibi Deus obsequium seruitutis nostrę, &
sacrificium quod oculis tuę diuinę maiestatis obtuli,
sit tibi acceptabile, mihi & omnibus pro quibus illud
obtuli, sit te miserante propitiabile. Per, &c.

Detur benedictio. alleluia.

QUANDO, ET PER QVOS, ET

*quomodo missa Gregoriana occidentalibus
ecclesijs inuecta sit.*

ANdreas Iubelczyk canonicus Bochnensis, &
Aconcionator Leopoliensis, transtulit liturgiam
seu missam Armenorum ex lingua ipsorum uernacu-
la in Latinam, & Cracouię typis uulgauit, anno M D
XLVIII. quę non parum discrepat à Latina, uel
Gregoriana, uel Ambrosiana. Idem in Græcorum li-
turgijs, ueluti Chrysostomi & Basilij, animaduertitur.
Idem quoq; animaduertitur in Aethiopum, uel India-
norum liturgia. Miretur igitur aliquis, cur non tot po-
pulis & nationibus diuersarum linguarum in occi-
dentalibus Europę partibus etiam relicta sit illa Chri-
stiana libertas, uel potius diuina institutio, ut lingua
uernacula sacrum Eucharisticum peragatur: sed om-
nibus officium Gregorianum, ut uocant, obtrusum
sit Latino sermone peragendum. Eam rem, quę co-
gnitione & memoria in primis digna est, exponam fi-
de historica ex libris Papisticorum.

Fuisse temporibus Gregorij magni ritus uarios li-
turgię in ecclesijs Italię, Gallię, & aliarum prouincia-
rum, & ipsum Gregorium nō adegisse ulla ecelesias
ad formã ecclesię Romanę, patet in Regesto episto-
larũ ipsius. Quũ enim Augustinus episcopus Anglię,
quem Gregorius illò miserat petētibus Anglis Saxo-
nibus, qui Britanniam insulam occupauerāt, rogasset
per

*Peracta missa di-
citur in Greg.
uel Ro. Ite mis-
sa est. Resp. Deo
gratias, alleluia.
Benedictio dae-
tur in nomine
patris, &c.*

*Armeniorum li-
turgia.*

*Missa qualis
Gregorij tempo-
re circiter annũ
Domini 59.*

per epistolam, quare sint ecclesiarum diuersæ consuetudines, & alia sit forma in ecclesia Rom. missarum, alia in ecclesijs Galliarum: quum tamen sit una fides, una ecclesia, unum baptisma, unus Deus & Christus? beatus Gregorius ita respondit: Nouit fraternitas tua Rom. ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit nutritum, quàm ualde amabilem te habeat. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in Galliarum, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas in Anglorum ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesijs colligere potuisti, infundas. Nō enim pro locis res, sed pro bonis reb. loca sunt amanda. Ex singulis ergo quibusq; ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige, & hæc quasi in fasciculo collecta apud Anglorū mentes in consuetudinem depone. Annotauit autem Hermanus Contractus ex Bedæ chronicis, tempus hoc, annum quintum pontificatus Gregorij, DLXXXVI. à Christo incarnato.

*Missæ Romana
in Galliã quãdo
uenerit. 750.*

Postea quum Zacharias & Stephanus, Romani papæ, Francorum regem Pipinum pertraxissent in suas partes & amicitiam, ritus etiam ecclesiæ Romanæ in Galliam immigrarunt. Quod accidit circa annum Domini D C C L.

De Adriano papa Fasciculus temporum notauit, quod inhibuerit officium Ambrosianum, præter in sua ecclesia Mediolani, & instituerit Gregorianum ubiq; seruari.

770.

Porro Adrianus primus Romanus papa inhibuit officium Ambrosianum, præterquam in sua ecclesia, in Mediolanensi diocesi, & mandauit Gregorianum officium ubiq; obseruari. quod in Fasciculo temporū etiam legimus. Is enim Papa iniunxit in concilio isto CLIII. episcoporum & abbatū, cuius meminit Can. Adrianus. distin. 63. ut missam Romanā Carolus magnus armis & minis obtruderet: quando etiam donatio Constantini magni efficta in orbem Christianum omine pessimo erupit: id quod euenit circa D C C L XX. annum. Sed audiamus historiam Romanam, & egregiè

egregiè papistica: quam scripsit magister noster & episcopus Gulielmus Durandus, libro quinto Rationalis diuinorum, & archiepiscopus Genuensis in Aurea legenda, in uita beati Eugenij, quæ sic habet.

Legitur in uita B. Eugenij, quòd dū adhuc officium Ambrosianum magis quàm Gregorianum ab ecclesia seruaretur, Adrianus papa concilium conuocauit, ubi statutum est, quòd Gregorianum deberet uniuersaliter obseruari. Ad quod Carolus imperator omnes clericos minis & supplicijs per diuersas prouincias cogebat, libros Ambrosiani officij comburens. Beatus uerò Eugenius ad concilium quoddam propter hoc conuocatum ueniens, inuenit ipsum concilium per tri dum iam solutum: inducens dominum Papā, quòd omnes praelatos, qui concilio interfuerant, & iam per tres dies recesserant, reuocaret. Concilio igitur iterum congregato, omnium patrum fuit una sententia: quòd missale Ambrosianum & Gregorianum super altare beati Petri apostoli ponerentur, plurimorum episcoporum sigillis munita, & fores ecclesie clauderentur, & ipsi tota nocte orationi insisteret: ut Dominus per aliquod signum indicaret, quòd horum magis ab ecclesia seruari uellet. Sicq; per omnia factum est. Mane igitur ecclesiam intrantes, utrumq; missale super altare apertum inuenerunt: Ambrosianū uerò solummodo apertum super altare in eodem loco, ubi positum fuerat, inuenerunt. Quo signo edocti sunt diuinitus, ut Gregorianum officium per totum mundum dispergi, Ambrosianum uerò tantum in sua ecclesia obseruari deberet. Et sic usq; hodie obseruatur. Siquidem tempore Caroli imperatoris officium Ambrosianum præcipue dimissum est, & Gregorianum imperiali auctoritate plurimum adiuuante diuulgatum. Ambrosius enim multa instituit iuxta ritum Græcorum.

Historia egregiè papistica.

Carol. magnus deceptus fuit, qui postea res ecclesie rectius ordinauit.

Argumentū uidelicet egregiū in re tanti momenti.

Per totum mundum non est dispersum officium Gregorianum: quia ecclesie in finitæ in Asia, Africa, Europa, non receperunt.

○ Officium

206 DE MISSA PAPISTICA
OFFICIUM VEL MISSA IN FESTO
Corporis Christi.

QVale autem sit missæ Romanæ officium, ex missa quam celebrat in festo corporis Christi, evidentius perspici poterit. Ideo censui eam missam huc esse transcribendam. Fertur eam Thomas de Aquino, Prædicatorij ordinis monachus, composuisse, ita uolente papa Urbano quarto, qui ferias illas inuexit anno 1263. Pleraq; sunt communia ecclesiæ Romanæ & Mediolanensi, ut indicabo.

Introitus, uel ingressa.

psal. 80.

Cibauit eos ex adipe frumenti, alleluia: & de petra melle saturauit eos, alleluia, alleluia, alleluia.

Mediol. non habet.

Vers. Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. Gloria pat. &c.

Gloria in excelsis, & cæc.

Oratio. Mediol. super populum.

Id congruit institutioni dominicæ. Verū intra hos limites se non continet missa Romana.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria uenerari, ut redemptionis tuæ fructū in nobis iugiter sentiamus. Qui cum Deo, &c.

Lectio libri Regum cap. 19. lib. 3.

Hæc Rom. non habet.

In diebus illis, surgens Helias abiit: & reliqua, usq; Ad montem Dei Oreb.

Psalms.

Id Graduale ponit Rom. missa, ex ps. 144.

Oculi hominum in te sperant Domine, & tu das escam illis in tempore opportuno.

Vers. Aperis tu manum tuam, & adimple omne animal benedictione.

Ad Corinthios epist. 1. cap. 11.

Fratres, ego enim accepi à Domino, & cætera. usq; Non dijudicans corpus Domini.

Graduale Rom. habet.

Oculi omnium, & cætera, ut psalmus supra.

Alle.

Alleluia.

Versus: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus Ioan. 6.
uerè est potus. Qui manducat carnem meam, & bibit
meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: Alleluia.

Vers. Panis uitæ dulcis Iesus, se nobis dat edulium: Hunc uersum nō
habet Mediol.

* Ut nos in altari eius, sumat in peculium.

Sequentia.

Lauda Sion Saluatorē, lauda ducem & pastorem,
in hymnis & canticis. * Nota mysteriū
unionis & cona
munionis.

Quantum potes, tantum gaude, quia maior omni Christus, an pa
nis uenerandus,
mox explicat.
laude, nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis uiuus & uitalis, ho
die proponitur.

Quem in sacra mensa coenæ, turbæ fratrum duode
næ, datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit iocūda, sit decora, men
tis iubilatio.

Dies enim solennis agitur, in qua mensæ prima re
colitur huius institutio.

In hac mensa noui regis, nouum pascha nouæ legis,
pascha uetus terminat.

Vetustatem nouitas, umbram fugat ueritas, no
ctem lux eliminat.

Quod in coena Christus gessit, faciendum hoc ex
pressit, in sui memoriam. Id quadrat histo
ria euangelica.

Docti sacris institutis, panem uinum in salutis con
secramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quod in carnem transit In decretali Pa
pæ Innocentij.
Firmiter.
panis, & uinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non uides, animosa firmat Fidem prehen
dit uerbum Dei.
fides, præter rerum ordinem.

Sub diuersis speciebus, signis tantū, & non rebus,
latent res eximiae. Panis & uinum
signa tantū, sub
quibus corpus et
sanguis.

Caro cibus, sanguis potus, manet tamen Christus
totus, sub utraq; specie. Propter concoo
mitantiam.

A' sumente non cōscisus (*conscisus, uel concisus*) non
confractus, non diuisus, integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille: quantum isti, tantū ille:
nec sumptus consumitur.

Augustinus di-
stinctius loqui-
tur, & Gabriel
in expositione
canonis.

Vt fracto specu-
lo in singulis par-
ticulis imago re-
lucet una.

Aliqui libri an-
notant, diuisio.

Typi coenae Do-
minicae.

Christus, panis
uerus, qui caelo
descēdit. Ioan. 6.

Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inaequali,
uitae uel interitus.

Mors est malis, uita bonis: uide, paris sumptionis
quam sit dispar exitus.

Fracto demum sacramento, ne uacilles, sed memen-
to, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura, signi tantum fit fractura, qua
nec status, nec statura signati minuitur.

Ecce panis angelorum, factus cibus uiatorum, uere
panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris praesignatur, cum Isaac immolatur, agnus
paschae deputatur, datur manna patribus.

Bone pastor, panis uere, Iesu nostri miserere, tu nos
pascere, nos tuere, tu nos bona fac uideri, in terra
uiuentium.

Tu qui cuncta scis & uales, qui nos pascis hic mor-
tales, tu nos ibi commensales, coharedes & sodales
fac sanctorum ciuium.

Lectio Euangelij secundum Iohannem, cap. 6.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, & turbis
Iudaeorum: Caro mea, &c. usque, *Viuet in aeternum.*
Mediolanensis missa repetit altius: *Ego sum panis uite.*

Post euangelium:

Missae Rom. non
habet.

Sacramentum caeleste cum timore accipite, & sa-
tiamini de Christi dulcedine. Panem caeli dedit nobis
Dominus: panem angelorum manducauit homo: al-
leluia, alleluia.

Super syndonem:

Concede nobis omnipotens Deus, ut qui solenni-
tate corporis & sanguinis Domini nostri IESU Chri-
sti uenerando colimus, caelestibus desiderijs accensi
fontem

fontem uitæ æternæ sitiamus. Per eundem, & cæt.

Offertorium.

Sacerdotes incensum Domini & panes offerunt Deo: & ideo sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: alleluia.

Hoc & Greg. & Mediol. habet. ex Leuitico.

Vers. Sicut uiuēs misit me pater, & ego uiuo propter patrem: Et qui māducat me, & ipse uiuet propter me: alleluia, alleluia.

Deest in Romano officio.

Aliud offertorium: Portas cœli aperuit Dominus, & pluit illis manna, ut ederent. Panem cœli dedit illis: panem angelorum manducauit homo, alleluia.

Id deest Mediolanensi, ex ps. 77.

Secreta Rom. Super oblatione, Mediol.

Ecclesiæ tuæ quæsumus Domine unitatis & pacis propitius dona concede, quæ sub oblatiis muneribus mysticè designantur. Per Dominum nostrum, & c.

Panis & uinū aliquid mysticè designant.

Præfatio.

Per omnia secula, & c. Quia per incarnati uerbi mysteriū noua mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit: ut dum uisibiliter Deū cognoscimus, per hunc in inuisibilem amorem rapiamur. Et ideo, & cæt.

Hæc inseruntur Romanæ præfationi.

Mediolanensis ita habet: Qui sub specie panis & uini mirabile sacramentum nobis declarando monstrauit: Et per uerba mirabiliter prolata panem & uinum transubstantiauit in corpus & sanguinem suum. Quod sumendo dignis ad uitam, indignis esse uoluit ad iudiciū. O' quāta dulcedo, & uita beatis: O' quanta mortalitas, & pœna damnatis. Vitemus ergo iudicium, dignè sumendo sacramentum, ut regnum mereamur consequi sempiternum. Per eundem, & c.

Hoc non dixit optimus episcopus Ambrosius, quia commemorationē passionis docuit.

** Confractio.*

Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec ueniat. Itaq; quicumq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini: alleluia, alleluia.

Hæc dicitur in missa Rom. cōmunio, ex 1. Corinth. 11.

Translatio.

Te laudamus Domine omnipotēs, qui sedes super Cherubin & Seraphin, quē benedicūt angeli, archangeli, & laudant prophetae & apostoli: Te laudamus Domine orando, qui uenisti peccata soluēdo. Te deprecamur magnū redemptorē, quē pater misit ouium pastorē. Tu es Christus Dominus saluator, qui de Maria uirgine es natus. Hunc sacrosanctum calicem sumentes, ab omni culpa libera nos semper.

Communio.

Hac est in Mediol. cōfractio. Reliqua desunt.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Sapient. 16. cap.

Commemoratio Christi.

Sacramēta praefigurant diuinitatis fruitionem.

Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis.

Alia communio: Panis quē ego dederō, caro mea est, pro seculi uita.

Cōmunio: Qui manducat carnem meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego in eo, dicit Dominus.

Alia communio: Panem de cœlo dedisti nobis Domine, habentem omne delectamentum, & omnem saporem suauitatis.

Post communionem. Mediolan.

Sumpsimus Domine sacri dona mysterij, humiliter deprecantes, ut quae in tui commemorationē nos facere praecipisti, in nostrae proficiant infirmitatis auxilium, Qui uiuis & regn. &c.

Complenda. Romana.

Fac nos quaesumus Domine diuinitatis tuae sempiterna fruitione repleri, quam preciosi corporis & sanguinis tui temporalis perceptio praefigurat. Qui cum Deo patre, &c.

SEQUENTIA ALIA IN FESTO

corporis Christi.

PLacuit mihi, & (ut spero) placebit omnibus pijs Christianis, ut missam Romanam dimittamus, cum hymno sacro, qui cantari solet in festo corporis Christi.

Q. pa.

O panis dulcissime, o fidelis animę uitalis refectio.

O paschalis uictimę, agnus mäsuetissime, legalis oblatio.

Caro carens carie, quę sub panis specie uelaris diuinitus.

Velatur caro et sanguis Christi sub speciebus panis & uini.

Victu multifarię recrea nos gratię septiformis sumentem cum sumeris, quia non consumeris, æternę uiuificas.

(gnę sumere. Nō reatū, &c.

Nam reatum sceleris, dono tantı muneris, da te di-

Et carnales furias propellens, nos facias tecum pię uiuere.

Sic refecti poculis sanguinis, & epulis tuę carnis optimis:

Seculorū seculis, epulemur sedulis, ueritatis azymis.

SEQUENTIA DE SPIRITU SANCTO.

Est autem sequentia hæc cōposita ad imitationem hymni missalis de sancto spiritu, quem huc adscribere non piguit: ut omnes Christianos lectores commune facerem, eius numen esse implorandum, qui solus introducere nos potest in omnem ueritatem, & aperire cœlestis regni mysteria.

(dium.

Veni sancte spiritus, & emitte cœlitus lucis tuę ra-

Veni pater pauperū, ueni dator munerum, ueni lumen cordium.

(frigerium.

Cōsolator optime, dulcis hospes animę, dulce re-

In labore requies, in æstu tēperies, in fletu solatium.

O lux beatissima, reple cordis inimita, tuorū fidelium.

Sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.

(quod est faucium.

Laura quod est sordidum, riga quod est aridū, sana

Flecte quod est rigidum, foue quod est languidū, Al. frigidum.

rege quod est deuium.

Da tuis fidelibus, in te confidentibus, sacrum * septenarium.

** Septenarius sacer, dona sancti spiritus intelliguntur.*

Da uirtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium.

EPILO.

QVandoquidem in hoc Opere non meas ratios exposui, sed narratione fideꝝ historica ex diuinis, ecclesiasticis, & exteris scriptis, primò descripti pascha mysticū ecclesiæ ueteris Israelitarū, deinde cœnam sacrosanctam nostri Domini IESV CHRISTI, postremò ecclesiæ Rom. meritoriam mercenariamꝝ missam: uisum est, Epilogi uice ponere consultationem D. Martini Lutheri theologi, de reformanda missa & ecclesiā. Cuius etiam sententiæ est articulus confessionis Augustanæ, qui sic pronunciat Germanicè. Nam uolui ponere ipsa D. Lutheri uerba, ut eius mentem optima fide redderem.

Der sechzehend Artickel.

Das für allen grewel die mess/so bis hie her für ain opffer oder güte werck gehalten/ damit ains dē andre gnade erwerben hat wöllen / abzuthun sein: sonder an stat solcher mess ain göliche ordnung gehalten werde / das hailig sacrament des leibs vnd blüts Christi baider gestalt zu raichen ainē ietlichem auff seinen glauben/ vnd zu seiner aignen notdurfft.

Ein radtschlag Do-

ctor Martin Luters / wie in der Christli-
chen gemaine ain rechter anfang vñ beharrliche endtschafft
ainer beständigen ordnung solle fürgenommen vñ
auffgericht werde / im MDXXVI. jar.

DJe wil vns disse nächste auffruer also gewiziget hat / das man gnügſam
finde / was für vnrat daruß kompt /
so mā nit darein ſihet / das des gemai-
nen mans gemüt, so ſil müglich / ge-
stillet vñnd ainträchtig ſei. So iſt von nören / daß
man nit allain mit gewalt dar zu thū / wie es ſchö-
ierz geet / ſonder auch mit vernunfft. Dan eittel
gwallt / on vernunfft / kan nit beſteen / vñnd behelt
die vnderthonen in ewigē haß wider die oberkeit /
wie alle hitorien vns anzaigen.

Eittel ge-
walt on ver-
nunfft / be-
steet nit.

Nun kan man nit leügnen / das in dem pöfel
von vil jarē her vnluſt erwachſen / vñnd böſer won
gefaſſet / von dem vnerlichen leben des gaiſtlichen
ſtands: vñ do mā den nit wollt beſſerē / ſonder mit
troz wider alle billikait vertädigen / iſt aus dem
won ain ſolcher iamer entſtanden / wie laider vor
handen iſt. Darum erſtlich an dem ſtand zu refor-
mieren anzeſachen iſt / oder der ſtefft wirdt auß
den hertzen nit kommen.

Ursachē des
haß des pö-
fels wider
die gaiſtli-
chen.
Ursach des
bauren
kriegs.

Die iſt an dem hauptſtuck am erſten anzeſahē /
nemlich an der meſſe / das die mit ainer Chriſte-
lichen gemainen ainträchtlichen weiſe fürgnom-
men werde / darüber got vñnd menschen gefallen
vñnd genüge haben mügen. Die weiſ aber / müß
auß dem götlichen wort genommen werden / on
welches kein endrung ainig vñnd beſtendig iſt.

Die meß iſt
das haub-
ſtuck alles
zwitterchts.

p

Sei

Götlisches
wort stillt
allain alle
herzen.
Menschen
wort richtē
nichts dann
secten an.

Die päpst-
lich messe ist
ain lauter iar-
marck.

Der pfeining
vermag iet-
zo alle ding.

Die Bauch-
füll macht
münch vnd
pfaffen.

Seitenmal nichts so gewaltig allen menschen den
müd stopfft / vnd das hertz / als das götlich wort.
Menschen wort richtend gewislich secten vnd
ungleiche weiß an / wie man vor augen sihet in al-
ler welt.

So ist offenbar / vnd können die gaislichen selb-
ber nit leügnen / wie in aller welt so erschrecklicher
greüwel / vnd greülicher mißbrauch mit dē hoch-
würdigen Sacrament vnser herre Jesu Christi
leibs vnd blüts im schwandt geet: nemlich der
grosse grausame mißbrauch / wellichen auch die
vernunft on geschriffte erkennet / vnd verdämet /
das ain lauter iarmarck vnd handtierung auß dē
hailsamē Sacramēt gemacht: Da mā verkauft
hat Christum / hailigen gais / genad / leben / him-
mel / vergebung der sünden / vñ erlösung von der
hellen vnd fegfeür. Wa ouch / wenn ainē ain sun-
franck ist / oder ainen groschen verloren hat / oder
sunst ain klain vnglück widerfert / das ist alles
durch die mess mit gelt gesücht abzewenden. Also
das die mess ain kauffmanschaft wider allerlai
vnglück aufferdē / mit ainem groschen oder hal-
ben / ainem ietlichen / er sei fromm oder böß / zeer-
langē / frei offen vnd bereit gewesen ist: vngeacht
glaubēs / lieb / vnd aller gottes eere / vnd seelē hail.

Denn ob villicht vnder hundert tausent ainer
oder etlich mer möchtē erfunden werdē / die vmb
gottes willen mess hielten: so sind doch die andrē /
darzū der gātz gemain stand in dem mißbrauch /
das wa nit gelt da were / kainer mess achtet / oder
iemants da mit helfen gerichtet ist. Dann darzū
seind klöster vnd kirchen gestiffet / in welche man
sich nit anders begibt / den das mā durch die greü-
liche vñ lesterliche krämerey götlichen diensts / vnd
der messenden bauch ernere / vnd güte tag habe.
Das

Das ist ia nit anders/ vñ kās niemands leügnē.

Zu dem sicht vnd greiffe man/ das disse krenne
rey vnd gelt erwerbe an Christi blut/ nit angelegt
wirdt an fröme arme leüt/ sonder das mertail an
die gäistlichen/ die in flaischlicher vnrainkeit/ wie
es Paulus nent/ ligen/ auch in offenlicher hürey/
eebruch/ vnd allen schäden/ vil auch truncken bol
der/ vñ voll fräfler vntugēt: dazü vnder dē schein
vnd schutz gäistlichs stāds/ vnstreflich in solchē al
lem leben. Seen also freche vñ vnrain vor zweifel
zum altar/ das ist/ in ire kauftboden/ handlē vnd
marterend/ verkauffend vnd vertauschen den lie
ben Christum. Wen sunst kain gewel auff erden
wer/ wer diser allain gnüg/ das Gottes zorn vns
mit feür/ wie Sodom vnd Gomorren/ verzärte.

Das laster
lich lebē der
gäistlichen.

Altar ist
kauffboden
worden.

Vnd zwar Got hat sich in diser auffrür wol
lassen merckē/ so wir wollten die augen auff thün/
das sich der jamer hat an den gäistlichen/ vñ vmb
der gäistlichen willen/ angehaben/ als die solchen
gewel treiben: vñnd ist darnach an die oberkeit
kommen/ als die solchen gewel schützen vñnd lei
den: vnd zū letst wie ain gemaine straff pflegt/ an
dem pöfel aufgangen/ der solchem gewel auch
geuolgt vnd gedient hat.

Ursach der
vergangnen
Betrischen
auffrür.

Vnd ist noch kain end: darzū auch zū besorgen/
das es ain fuchschwartz sey gewesen. vnd wo man
noch nit dazü thün würdt/ solchen offentlichē be
kante gewel abzethün/ sonder frech/ vñ als gleich
Got zū trog den handhabē vnd dulden/ es wer
de die eisern rüten hernoch volgen.

Die volgen
de eisene rüt
te ist nach zū
fürchten.

Derhalben zū ratē ist/ das mā alle meß mit ainē
endlichen gemainen vrtail abthū/ vñnd nit für
neme sy zū behalten/ vnd mit flickerey ainer gleis
sendē reformatiō zū besserē. Dan wa die meß solt
also wie jetze bleiben/ ist vnmüglich zū verhütē/ dz

Alle meß ab
zū thün.

Müßigang
volgen alle
laster.

Wer nit pre-
digen k̄n̄/sol
nit meß hal-
ten.

sy nit zū ainer k̄remmerei geraten solt / seittem
mal dazū nit andre verordnet werden / den die
der messen pflegē: als dan̄ seind / vnd sein müssen /
eitel müßiggenger / die dem wort vnn̄d nechste zū
dienen nit ampt haben / dazū doch Christus dis-
ses sacrament eigentlich eingesetzt hat. Wa aber
müßiggang ist / da volgen alle laster nach.

Das der sachē hie nit k̄an geratē werden / man
leg dann den meßpfaffen des worts ampt auff:
welche das nit vermügen / das die auch nit meß
halten sollen. Sunst wirdt / vnd ist des vnnützen
volcks zūfil. Vnn̄d weil sy fast eitel bauchdiener
vnd müßiggenger sein / die neimans dienen / son-
der lassen inen dienē / hört das ergernus vnd ver-
driess beder Gotes vnd der menschen nit auff.

Wen wir dises hauptstück recht geordnet het-
ten / so wer dem andren allē / als das daran hāgt /
leichtlich zūraten. Will man aber hiezū nichts
thūn / so wolt ich vngern zū den andren ordnun-
gen raten. Dann hie ist vergeblich vnn̄d eitel ver-
loren mü / die doch zerbrochē wirdt durch die meß
handtierung. Man müs hie des gewels brun-
nen stopffen / sonst werden die fließ vnd bāche nit
auff trucken.

Die meß ist
ain gedecht-
nuß Christi/
vnn̄d k̄ain
opffer.

Ober das ist die meß in noch ainē höheren gre-
wel / vnd mißbrauch. Denn wen sy gleich on dem
eüsserlichē grobē mißbrauch / vnn̄d k̄ain k̄remme-
rei were / sond̄ gar v̄m gottes willē gehalten wirdt:
weil sy aber doch als ain opffer vnd gūt werck
gehalten wirdt / vnn̄d nit ain gedächtnuß vnser
herren Jesu Christi / wie er sy eingesetzt hat / wirdt
auch darauff gebawet der Christen gewissen / als
ob sy dadurch selig sollen werden / das sy Christū
opfferen in der meß / wirdt dadurch der glaub
vertilget / vnd das ainig opffer das sich Christus
ain

ain mal für vns selbs geopffert hat / vergessen vñ
veracht / das man doch in der mess mit hohē fleis
gedencken sol.

Den glauben aber vertilcken / vñd ain eigen
nützig werck vñd opffer auß ainē götlichen gmai
nen schatz der seelen machen / ist ain solche verhö
rung vñd greuel / das sy kains menschen hertz be
greiffen mag. Darum von nöten ist / in dise sach
mit ernst vñd eile zusehen / ee got vns ereilet mit
seinem zorn.

De glaube
verachten ist
ain vñdnermess
licher gre
wel.

Das man wolt sagen / es sey auff dem
reichstag zu Wormbs durch Kaiserlich mädar beschlos
sen / man sol bleiben bei altem Christenlichem
Branch vñd gwonhait.

Sie offenbar / das in dem selben mandat
gar nichts von der messen mißbrauch be
uolhen wirdet. So man doch / wie gesagt /
den selben wol weißt: vñd sich gleich wol stelt / als
sehe man den nicht / vñd überhupffte den / als
gieng er vns nit an / damit got gleich wol auff
höchst veracht / vñd sein eere vergessen ist. Da
rum auch auß haltung solchs R. mandats / sol
cher iamer kommen ist. Das gleich wie sie Gots
vergessen / sein eer verachtet / vñd in erzürnt /
widerum bedē gaisliche vñd weltliche oberkeit
in solche verachtung vñd haß kommen / vñd
noch täglich darinne seind / vñd ietz noch lenger
ie tieffer darein kommen / das nimmer mer kain
güts darauß werden kan. Wie dann die auff
rür angefangen / vñd angezeigt hat. Vñd ist
also der spruch Gots erfüllt / 1. Reg. ij. Wer mich
eeret / den eere ich wider: wer mich aber verachtet /
der sol wider veracht werden. Der halben das

Auß dem Wur
mische man
dat ist die
auffrür ent
standen.

Warumb al
le oberkeit
ietz also ver
acht seind. 1.
Reg. ij.

Das Worm
misch mādat
ist zūgering
ain güte ord
nung zūer
halten.

Wie groß
die reforma
tion.

Was auß
stiffren vnd
klösteren zū
machen seie.

Wurmisch mandat vil zūwenig ist/ain güte orde
nung zeerhalten / weil es solche öffentliche vntu
gend vnnnd grewel verachtet / vnnnd geen last:
vnnnd thut nichts zür fürderung Götlicher eere/
vnnnd ablegung der lesterung vnnnd schanden sei
nes namens.

Vnd wann die meß recht geordnet wer / so ist
darnach vonnöten / das man güte fromme pre
diger hab. Die wirdt es an personen ligen / welche
man in den Schulen vñ vniversiteten auffziehen
müs. Darum auch der Schulen vnd vniversitet
reformation von nöten ist / das man do kainem
kosten noch mü spare. Das darff auch besonder
güts bedenkē. Dañ wa die Schülē nit wol steen/
da man die personen zeügen vnnnd ziehen sol/
wirdt kainem Gostdienst geraten sein. Aber dero
wirdt sich velleicht das Reich nit annemen / son
der ainer ietlichem herrschafft lassen in ihrem lād
zūuersorgen: es ist aber not / vnd der höchsten ar
tikel ainer.

Was aber auß stiffren / clösteren / vnd bisslum
men zūmachē sey / wais ich nit zūraten. Solten
sy so bleiben / so dienen sy Got nit / vnnnd warten
des worts nit. Soltend aber die bischoffe visitie
ren / wie ir ampt ist / so mügen sy des stands nit
gewarten. Das ist aber zūbedencken / das weil sy
den namē vnd stand der bischoffe / äpt / dechant
füren / vnd doch nit außrichten / sonder weltliche
herren seind / das sy auch zū grosser schmach vnd
vneeren Gotes in dem stand seind : vnnnd tau
sent mal besser were / das sy sich in weltlichē stand
wandlen liessen / vnd das solche güter vom reich
zū lehen genommen / vnd denē geben würdē / die
do würdig erfunden : wie sunste geschicht / wenn
ain herrschafft löse stirbt. Dann es doch nicht an
ders

ders ist / denn das durch das Euangelion die bis
schoffe alle lose sterben / vnd den stifterē oder dem
Reiche haim fallē. Dā die namē Bischoffe / Apt /
Probst / Dechāt / Scholasticus / Cātor / Canoni
cus / Vicarius / Diacō / weisend wol auß / was für
ampt solche leüt haben sollen. In weltlichen
höfen vnd ständen seind solche namen
vnd ämpter nit.


Psalm. 33:

Der rat des Herren bleibt ewiglich.

40 $\frac{4}{i, 2}$

AB 40 $\frac{4}{i, 2}$





B.I.G.

Farbkarte #13

is Saluti
IONIS ET

MESSIAE:

TORICAE LI-
liandri, ministri
rinae,

ce, oratio D. Mar-
de reformanda Ec-
ana, initio facto
Romana.

sequens pa-
t.

PER 10-
m.

